¶ Hic eſt quartus modus ſyllogiſticus ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore particulari affirmatiua concludens cōcluſioneꝫ particularē affirmatiuā, ceu animal omni homini, albū alicui homini, cōcluditur animal alicui albo. Nam ſi albū alicui homini, ⁊ homo alicui albo, igitur ſi animal omni homini, ⁊ homo alicui albo, patet qđ concluditur animal alicui albo, qđ quideꝫ oportebat oſtēdere. Nam ſit rurſus tertius modus primę figurę, ſed hic etiam copia materię idem oſtēdi poteſt ſi accipiatur genus ⁊ ſpecies, ⁊ aliquid quod illis inſit particulariter, ⁊ partim quibuſdam alijs ꝑter ipſa, ⁊ ponatur genus maior terminus eſſe, ⁊ ſpecies medius terminus, ⁊ qđ ineſt ipſis particulariter minor terminus.

¶ Eſt


¶ Eſt autē demonſtrare & per impoſſibile & expoſitione quēadmodum in prioribus.



¶ Nā poſſunt ambo oſtendi deductiōe ad impoſſibile, & primo demōſtrabimus primū. Nam ſi aliquis diceret falſū eſſe quod alicui r/p/inſit. id eſt hoīez alicui animato, patet qđ verum erit ipſum nulli, ſi ergo p. id eſt hō nulli r. id eſt nulli animato, vt vult qui cōtradicit, & r/animatum omni ſ, id eſt animali. Nam hoc ſupponebatur, igiť p, ſcʒ homo nulli ſ, id eſt aiali inerit. Nam fit ſecundus modus pmę figurę, ſed ſupponebať hominez ineſſe alicui aiali, igitur idem inerit alicui & nulli, qđ quidē abſurdum eſt, & abſurdū ſequutū eſt perſpicuo, qa nos ſupponebamus p/nulli r/ineſſe. id eſt hō nulli animato, igiť hoc falſum eſt, & verum illud alicui, qđ qdem oportebat oſtēdere. Demōſtratur quoqʒ oſtſione expoſitoria hoc modo. Naʒ ſi homo alicui aiali ineſt, & aiatuʒ omni, ſi acciperetur aliqd animalis, cui inſit homo, hoc qdē erit cōmunis pars homini & aiato, igitur eſt aliqđ animati cui ineſt hō. Similr etiaʒ ſm modum oſtēdemus deductione ad impoſſibile hoc mō, ſi quis diceret falſum eſſe animal ineſſe alicui albo, patet qđ veruʒ erit nulli albo ineē animal, igiť & econtra nulli animali inerit albū, ſi ꝙ nulli animali ineſt albū vt vult qui cōtradicit, & ſupponebať animal omni homini ineſſe, liquet qđ cōcluditur album nulli homini ineē. Nā fit rurſus ſecūdus modus pmę figurę, & ſupponebať alicui homini albuʒ ineſſe, idem igiť alicui & nulli inerit, quod qdem abſurdum eſt, & abſurdū ſequutuʒ eſt, qa ſupponebamus nulli albo aial ineē. falſum igitur eſt hoc, itaqʒ verum erit oppoſitum. ſ. ipʒ alicui, quod qdem oportebat oſtēdere. Similr quoqʒ idem oſtēdemus oſtēſione expoſitoria. Nā ſi animal de omni homine, & album de aliquo, ſi acciperetur aliquid hominis, cui inſit albuʒ ceu Scriba huic inerit animal, igiť alicui albo animal inerit, qđ oportebat oſtendere.

¶ Sed ſi hic quideʒ ſit pdicatiuus, ille ꝟo priuatiuus, vniuerſalr auteʒ pdicatiuus, quādo minor quidē ſit pdicatiuus/erit ſyllſ. Si enī r/omni ſ, ipſum ꝟo p/alicui non ineſt, neceſſe eſt p/alicui r/non ineſſe. Si eniʒ omni/& r/omni ſ/& p/omni ſ/inerit, ſed non inerat.

¶ Cum expoſuerit ꝯiugationes ex vna vniuerſali, & altera particulari, atqʒ priores quę ex duab⁹ affirmatiuis, quarum vna habēbat maiorem vlem, & minorem particularem, & ecōtra, & oſtendit ambas eē ſyllogiſticas, quando qdem in vtraqʒ ſeruabať ꝓprium tertię figurę. ſ. qđ minor ſit ꝓpoſitio. Reliquaʒ exponit cōiugationes quę ex altera affirmatiua, & altera negatiua, & affirmatiua exiſtē te vniuerſali, & particulari negatiua, & primam adducit ꝗ habet in minori termino affirmatiuaʒ & vniuerſale, oſtēdit autē ipſaʒ eſſe ſyllogiſticaʒ. Nāqʒ quādo (inqt) minor fuerit pdicatiua, erit ſyllogiſmus. Et eſt qntus modus in tertia figura ex particulari negatiua maiore, & minori vniuerſali affirmatiua cōcludens cōcluſionē particularē negatiuaʒ, pōt quoqʒ copia materię idē inueniri, ſi accipiatur genus & ſpēs, & adhuc particulare accidēs quod ipſis competat, & ſi hoc ponatur maior terminus, & ſpecies medius, & genus minor, ceu album non omni homini, animal omni homini, concluditur albuʒ non omni animali, oſtendit autem hoc deductione ad impoſſibile. Nam oſtendi non pōt ꝑ cōuerſionem, qa maior prorſus & vlr non conuertitur, cū ſit pticularis negatiua, ſed minor ſi cōuertiť in particulareʒ affirmatiuam conuertitur, et fiunt ambę particulares, & ex ambab⁹ particularib⁹ nō pōt fieri ſyllogiſtica coniugatio (vt diximus) quocirca deductiōe ad ipoſſe oſtēdit ꝯiugationē h mō. Nā aiali album ineſſe, pʒ qđ oī inerit, itaqʒ ſit albū ſi qs diceret falſum eē ꝯcluſionem quę dicit non omni animali, atqui & animal omni hoī inerat. Nam ſic ſupponebatur, igitur album concludetur omni homini ineſſe, ſed ſupponebať etiā nō omni, idē igiť omni & nō omni inerit, qđ qdem eſt impoſſibile.




¶ Monſtratur autem & ſine deductione/ſi acceptum fuerit aliquid eorum, quę ſunt ſ, cui p/non ineſt.

¶ Inquit oſtenſionem expoſitoriam, nam ſi album non omni homini, & animal omni homini, ſi acciperet aliqd hominis, cui nōn inſit album, ceu ęthiops, hic ęqdeʒ eſt pars animalis. Naʒ omni homini animal ineſt, patet qđ concluſio perſpicua eſt, quod album non omni animali ineſt, ceu ęthiopi.

¶ Quando autē maior qdeʒ ſit pdicatiuus, minor ꝟo particularis priuatiuus nō erit ſyllogiſmus, vt ſi p/quidem omni ineſt ſ, r/autē alicui ſ/nō ineſt. Termini ꝙ omni ineſt/animatum/homo/animal.

¶ Cum ſuppoſuerit vlem ꝓpoſitionem pdicatiuaʒ, & particularem priuatiuam, & oſtenderit qđ hoc mō ſe habentibus propoſitionibus, ſi in minori termino poneret vniuerſale affirmatiuuʒ, & in maiore particulare negatiuum fit ſyllſ, nunc ecōtra ſupponitur. Equideʒ in maiore vniuerſale affirmatiuuʒ, & in minore particulare negatiuuʒ, quā coniugationeʒ oſtendit eſſe aſſyllogiſticā eo qđ minor amiſit proprietateʒ ſuam, dico ſcilʒ affirmationem. Naʒ iſta coniugatio cōcludit omni & nulli, & oī ineſſe ſic concludit, animatū omni animali, homo non omni animali, concluſio erit animatuʒ omni homini.




¶ Nulli non eſt accipe terminos/ſi alicui quidem ineſt ſ/ipſum r, alicui autem non, ſi eniʒ nulli r/ineſt p, ipſum ꝟo r/alicui ſ/& p/alicui ſ/non inerit, ſuppoſitum autem eſt omni ineſſe. Si enī oī ſ/ineſt p, r/ꝟo alicui ſ/& p alicui r/ineſt, ſuppoſitū aūt fuerat nulli ineſſe.

¶ Inqt ſi acceperimus particularem negatiuaʒ ſeipſa veram fieri, ęqualet tamē particulari affirmatiue, & vniuerſale negatiuum eſt impoſſibile per eoſdem terminos cō-

cludi. Nã ingt ſi p/omni s/ineſt, ⁊ r/non omni, ⁊ deinde acceperimus per ſeipſam verum ęquiualet ĩnq alicui, ee facit ſyllogiſticam cõiugationem, quare concludit̃ p/alicui r/ineſſe. Si ergo ⁊ nulli cõcludit per ſuppoſitionem, idem igit̃ alicui ⁊ nulli inerit, qđ quidem abſurdum eſt, Sed ẽt aliter oſtẽdi põt. Nam ſi põi nullũ p/ipſi r/ineſſe, igitur neq̃ r/nulli p. ſed p/omni s, igitur r/nulli s/ſed erat etiam non omni, qđ dictum idem eſt alicui, idem igitur alicui ⁊ nulli inerit, igit̃ non põt ↄcludi nulli ineſſe, vt ꝑ h oñſa ſit aſſyllogiſtica cõiugatio ↄcludens omni ⁊ nulli ineſſe, ſi particularis affirmatiua acciperetur per ſeipſam vera, ſi ergo erit modus aſſyllogiſticus, oportet particularem negatiuã in medio termino poſitaʒ ſic accipi, vt per vlem fiat vera, vt vlis negatiua ſumpta minor ꝓpoſitio operet̃ ⁊ efficiat ↄiugationem aſſyllogiſticam.

¶ Sed quemadmoduʒ in prioribus accipiẽduʒ eſt, quũʒ eteniʒ indefinituʒ ſit alicui non ineſſe, ⁊ ꝙ nulli ineſt verum eſt dicere alicui non ineſſe, quã ꝟo nulli inſit, non eſt ſyllogiſmus, manifeſtuʒ igitur ꝙ non erit ſyllis. Sʒ ſi priuatiuus terminorum vniuerſaliter ſit, ꝗ autem in parte pręđicatiuus.

¶ Quẽadmodum prius inquit accipientes particulares negatiuaʒ indeterminatã indefinitãq̃, ideſt ambo ſignificantem vniuerſalẽ negatiuam, ⁊ particularem demonſtrauimus quaſdã aſſyllogiſticas coniugationes accipientes particularem negatiuaʒ ſignificantẽ vniuerſale negatiuum, ſic etiaʒ hic ſi eodem mõ ipſam exponemus de vniuerſali negatiua inueniemus ipſaʒ aſſyllogiſticã. Nã nulla ꝓpoſitio in hac figura hñs minoreʒ negatiuã ſyllogiſtica eſt. Nam concludit omni ⁊ nulli ineſſe. Et ipſi⁹ de omni terminos adiũximus, ſed de nullo nũc apponemus (vt dictuʒ eſt) particulareʒ negatiuam tranſmutantes in vniuerſalem negatiuam hoc modo animatuʒ omni animali, lapis nõ omni animali concluſio erit animatum nulli lapidi.



¶ Quum maior ſit priuatiuus, minor ꝟo pręđicatiuus erit ſyllogiſmus, ſi enim p/nulli s, r/autem alicui ineſt s/p, r/alicui nõ inerit. Rurſus eniʒ erit prima figura r/s/ꝓpõne ↄuerſa.

¶ Hic eſt ſextus modus ſyllogiſtic⁹ in hac figura ex vli negatiua maiore, ⁊ minori particulari affirmatiua cõcludens cõcluſionẽ particularẽ negatiuã. Demõſtrat̃ auteʒ per cõuerſionem minoris ꝓpoſitionis, ceu p/nulli s/⁊ r/alicui s/ſit. igit̃ ⁊ aliqđ s/alicui r, ſi ergo p/nulli s, ⁊ s/alicui r/ineſt, igit̃ p/nõ omni r/inerit. Nam ſit quartus modus primę figurę ex vniuerſali negatiua maiore, ⁊ minore particulari affirmatiua cõcludens concluſioneʒ particularem negatiuã, põt etiaʒ hic abũdantia materię oſtendi ſi accipiantur duo, q̃daʒ ꝓpoſitus inter ſe diuerſa ⁊ alieno, ⁊ alterũ ꝙ vtriſq̃ inerit particulariter, ⁊ hoc minor terminus ponat̃, ⁊ reliquoꝝ alteruʒ maiorẽ ⁊ alterum mediũ, ceu homo nulli equo, albuʒ alicui equo, cõcluditur hõ. igitur nõ omni albo. Sciendũ autẽ quod talẽ moduʒ Theophraſtus quintuʒ ponit ꝑordinando ipm aũ eum quem ꝑdiximus, ꝗa iſte ꝓbatur per cõuerſioneʒ, ille aũt ſolum per deductionẽ ad impoſſibile. At Ariſto. ꝑordinauit gntum ob dictam cauſam. Hi ergo modi in hac figura ſunt ſex ſyllogiſtici ꝓpõnibus exiſtẽtibus aliquo ſigno determinatis. At ſi fuerint nonnullę indeterminatę indefiniteq̃ ſiũt alię quatuor ſyllogiſticę coniugationes quãdoq̃dẽ indefinita ęquale eſt particulari. Vnde cõponũtur hoc mõ, vna eſt ex maiore vli affirmatiua ⁊ minore indefinita affirmatiua. Si p/de omni s/⁊ r/de s/etiaʒ p/ipſi r/inerit, ⁊ cuʒ affirmatiua cõuertatur s/inerit ipſi r/q̃re cuʒ p/de omni s, ⁊ s/ineſt r. igitur ⁊ p/ipſi r/inerit. Altera cõiugatio eſt ex maiore vniuerſali negatiua, ⁊ minore idefinita affirmatiua ſic. Si p/nulli s/ineſt, ⁊ r/ineſt ipſi s. igit̃ conuertetur ⁊ s/inerit ipſi r, quare cũ p/nulli s/⁊ s/ipſi r/ineſt. igitur p/ipſi r/non inerit. Item altera cõiugatio eſt ex maiore indefinita affirmatiua ⁊ minori vniuerſali affirmatiua h mõ, ſi p/ipſi s/ineſt ⁊ r/omni s/⁊ s/ipſi p/ſm cõuerſionẽ inerit, quare cuʒ r/omni s/⁊ s/alicui p/⁊ r/alicui p/inerit, ⁊ ꝗa affirmatiua cõuertitur, etiaʒ p/ipſi r/inerit, qđ q̃dem oportebat oſtẽdere. Quarta ex maiore indefinita negatiua, ⁊ minori vli affirmatiua ſic. Veꝝ hic modus per cõuerſioneʒ nõ cõcluditur, ſiq̃dem particularis negatiua nõ conuertatur, huic eniʒ ęquiualet indefinita, ſed affirmatiua cõuertit̃ ad particularem, ⁊ ſic ambę erunt particulares ex q̃bus ſit ſyllogiſmus nunq̃ itaq̃ oſtẽdetur deductione ad abſurdũ hoc modo. Si p/ipſi s/non ineſt, ⁊ r/omni ineſt, ⁊ p/ipſi r/non inerit. Naʒ ſi hoc falſuʒ, veruʒ erit ipm omni s. ergo p/omni r/ineſt, ⁊ ſupponebatur r/omni s/ineſſe. igit̃ p/omni s/inerit, ſꝫ eũd ſupponebatur non ineſſe, ideʒ igit̃ omni inerit ⁊ nõ inerit, qđ quidem eſt abſurduʒ, ⁊ abſurdum ob nil aliud ſequutũ eſt abſurduʒ, quã quod ſupponebamus p/omni r/ineſſe, igitur hoc falſuʒ eſt, ⁊ veruʒ illud quod ex principio nõ ineſſe, qđ quideʒ oportebat oſtendere, ſunt igitur omnes coniugationes in hac figura ſyllogiſticę decem iuxta ordinem ſubiectum.

¶ Sunt decem ſyllogiſticę ↄiugationes in hac figura.

1ᵘˢ Ex ambabus vniuerſalibus affirmatiuis.
2ᵘˢ Ex ambabus vniuerſalibus maiore negatiua, et minore affirmatiua.
3ᵘˢ Ex maiore particulari affirmatiua, minore vniuerſali negatiua.
4ᵘˢ Ex maiore vniuerſali affirmatiua, minore particulari affirmatiua.
5ᵘˢ Ex particulari negatiua maiore, et minore vniuerſali affirmatiua.
6ᵘˢ Ex vniuerſali maiore negatiua, et minore particulari affirmatiua.
7ᵘˢ Ex maiore vniuerſali affirmatiua, et minore indefinita affirmatiua.
8ᵘˢ Ex maiore vniuerſali negatiua, et minore indefinita affirmatiua.
9ᵘˢ Ex maiore indefinita affirmatiua, et minore vniuerſali affirmatiua.
10ᵘˢ Ex maiore indefinita negatiua, et minore vniuerſali affirmatiua.

¶ Vnde ea quę dicẽda ſunt de aſſyllogiſticis coniugatio

nibus particularibus.ſ.⁊ indefinitis perſpicua ſunt ex di cẽdis in aliis figuris de ipſis,iccirco recuſandum eſt recẽ ſere reliquas coniugationes cum ſint aſſyllogiſticę,ne ſę pe eadem dicere cogamur.Niſi quia nõnulli habẽt bre uem inſtantiam in eiſdem,ſi ſumantur termini. Vñ con ſentaneum eſt de illis mentionem facere.

Sed quando minor ſit priuatiuus, non erit ſyllogiſmus. Termini ꝙ inſit/bõ/aial/ ſylueſtre ꝙ non inſit/animal/ſcientia/ſylueſtre/medium amborũ ſylueſtre,neqꝫ quando vtriqꝫ priuatiui poſiti fuerint,ſit autem hic quidem vniuerſalr̃,ille vo in parte. Termini ꝙ inſit quum minor ſit vlr̃ ad mediũ/aial/ homo/ſylueſtre,ꝙ non inſit/aial/ſcientia/ſylueſtre.

Hęc eſt ꝯiugatio aſſyllogiſtica ex maiore pticulari affirmatiua,⁊ minore vniuerſali negatiua. Et ſylueſtre in his nõ ſolum in aialibus irrõnalibus ordinatũ eſt, ſed ẽt de plãtis.Nã ⁊ plãtę dicũt eẽ ſylueſtres,vt Apollonius. Fugiat autẽ quis ſylueſtria mouere iacula cantus. Aial igit̃ ineſt alicui ſylueſtri,ceu leoni,nã plantę nõ ineſt,⁊ hõ nulli ſylueſtri,⁊ aial omni homini.

Sed quãdo maior vniuerſalr̃,minor vo in parte,ꝙ nõ inſit/coruus/nix/albuz,ꝙ autẽ inſit non eſt capere/ſi r,alicui quidẽ ineſt s,alicui vo non ineſt,ſi eniz p/omni r,r/aũt alicui s,⁊ p/alicui s/ineriſt,ſed fuerat ſuppoſitũ nulli,cęterũ ex indefinito mõſtrandũ,neqꝫ quãdo vterqꝫ alicui medio inſit/aut non inſit,aut hic quidẽ alicui,ille vo nõ omni,aut indefinite/non erit ſyllo. Termini oium cões/aial/homo/album/aial/inaiatum/albuz. Manifeſtũ itaqꝫ ⁊ in hac figura,quãdo erit,⁊ quãdo nõ erit ſyllo,⁊ ꝙ ita ſe habẽtibus terminis quẽadmoduz dictũ eſt fit ex neceſſitate ſyllogiſmus,⁊ ſi exiſtat ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Manifeſtũ ⁊ ꝙ omnes imperfecti ⁊ qui hac in figura ſyllogiſmi ſũt, perficiũtur naqꝫ oẽs aſſumptis ꝗbuſdã,⁊ ꝙ vlr̃ rõcinari per hanc figuraz nõ licet,neqꝫ priuatiuum,neqꝫ affirmatiuum.

Medium in his albuz eſt,maior coruus,mior nix,coruus nulli albo,nix nõ omni albo,cõcluditur coruus nulli niui. Veruz terminos de omni nõ eſt accipere, ſꝫ oſtẽſio rurſus ſit per indefinitum,ceu etiam prius,cęterũ dicta de reliquis aſſyllogiſticis ꝯiugatiõib⁹ ꝑſpicua ſunt.

Planum autẽ ⁊ ꝙ in omnibus figuris,qñ non fiat ſyllogiſmus,prędicatiuis aut priuatiuis vtriſqꝫ exiſtentibus terminis,⁊ in parte nihil penitus fit neceſſarium,prędicatiuo autez ⁊ priuatiuo ⁊ vniuerſalr̃ accepto priuatiuo,ſemp fit ſyllo minoris extremi ad maiorẽ, quemadmodum ſi a/omni b,aut alicui,b/vo nulli c,cõuerſis naqꝫ propoſitionibus neceſſe eſt c/alicui eorum,quę ſunt a/non ineẽ. Cõſimiliter ⁊ in aliis figuris,ſemper enim ꝑ cõuerſionem fit ſyllogiſmus.

Sermo de tribus figuris finẽ accepit,hic autem tradit aliqđ theorema qđ ſequitur ⁊ ineſt tribus figuris.Nã cõuertitur ſe ad inquiſitionẽ ꝯiugationũ quę ſunt aſſyllogiſticę in trib⁹ figuris,⁊ determinat eas quę ſunt oino inutiles,⁊ quaſdã aperit aſſyllogiſticas in pſenti opere quę poſſunt alicuius ſtudio exiſtimari ⁊ cõuerſione aliquorũ alioꝝ fieri ſyllogiſt.cas. Dicit ergo ꝙ in oibus figuris cõuer,ꝗcunqꝫ ſũt aſſyllogiſticę cõiugationes,vel ex ꝓpõnibus ſimilibus figura, vel ex particularib⁹, ad pſentem cõpoſitionẽ nõ ſunt vtiles,neqꝫ cõuerſe efficiunt ſyllm̃,ſed prorſus ſunt inutiles,ſed ꝗcunqꝫ ſunt diſſimiles figura,⁊ habẽt vlem negatiuã,hę quoqꝫ nequeũt oſtẽdere per cõuerſionẽ aliqđ,ſed ecõtra cõiungũt minorez terminũ ad maiorẽ,ceu pma coniugatio aſſyllogiſtica in prima figura ex vniuerſali affirmatiua maiore,⁊ minore vniuerſali negatiua. Si a/omni b/⁊ b/nulli g, B igitur modo eſt aſſyllogiſtica,ſed ſi cõuertérimus duas ꝓpoſitiones ſm pprias cõuerſiones,cõcluditur g/non omni a/ineſſe.Nã ſi b/nulli g/⁊ g/nulli b/⁊ ſi a/omni b/⁊ b/alicui a. Incipiendo igit̃ a minore ꝓpõne,⁊ cõponendo ſic dicẽdo g/nulli b/⁊ b/alicui a.Nã fit quartus modus pmę figurę concludẽs ꝯcluſionẽ particularẽ negatiuã.Sic igit̃ idẽ non amplius demõſtrauit,ſed viſa eſt cõiugatio potens nõ eſſe ſyllogiſtica.Sic igit̃ oportet in pma figura duas ꝓpõnes conuertere,ſed in ſecũda minorẽ,⁊ in tertia maiorez.Sũt igitur in pma figura tales modi qui poſſunt eẽ ſyllogiſtici duo alter ꝑdictus,⁊ alter ex maiore particulari affirmatiua,⁊ minore vlĩ negatiua.Nã his ſimilr̃ cõuerſis minor cũ maiori copulat̃.Itẽ in ſcđa figura ſimilr̃ modus ex vlĩ vel particulari affirmatiua maiore,⁊ minore vlĩ negatiua fieri põt.Item in tertia figura ſimilr̃ duę cõplicationes,quarũ alia ex duobus vlĩbus terminis cõponitur,quoꝝ minor eſt vniuerſalis negatiuus. Omnes igit̃ hę cõplicationes cõuerſe ſm duos terminos oſtendunt alicui nõ ineſſe minorẽ maiori,qui concludit particularẽ negatiuã concluſionem. At ipſe ſolam primã ordinauit vt in exemplo patet.

Palam autem ꝙ ⁊ ſi indefinitum pro pręceptiuo in parte ponatur/eundem faciet ſyllogiſmum in omnibus figuris.

Merito.Nã ęquiualet particulari affirmatiuę,ꝗre etiaz aſſyllogiſtici ſunt modi qui ex altera indefinita ſi eo mõ poſiti fuerint termini,vt dictũ eſt.Si autẽ pro hoc in pte indefinitaz,⁊ ipſe per cõuerſiones cõcludent cõcluſiões negatiuam indeterminatã.Sed dignũ eſt dubitatione,ſi indeterminate ſunt ꝓpõnes ęqualent particularibus,ęqdem affirmatiuę ęqualebant affirmatiuis,⁊ negatiuę negatiuis,ſiunt autẽ ſyllogiſticę coniugationes hñtes alterã ꝓpõnez particularẽ negatiuaz,quẽadmoduz in quarto mõ ſecũdę figurę dictuz eſt,⁊ in ſexto tertię cur dicendo ergo qđ indefinituz ſi ſumatur ꝓ particulari ſolo pręđicatiuo ingt.⁊ nõ amplius ꝓ negatiuo. Reſpõdeo igit̃ ꝙ vel per ꝑdicatiuuz ſignificauit negatiuuz vel ꝙ in prima figura vniuerſalr̃ non põt eſſe particularis negatiua aſſumpta. Vnde neqꝫ in reliqs ſcholys ⁊ figuris habentibus particulare negatiuũ potuerunt per conuerſionem oſtendi,ſed deductione ad impoſſibile.

Manifeſtuz autez ⁊ ꝙ omnes imperfecti ſyllĩ perficiũtur per primaz figurã,aut enim mõſtratiue/aut per impoſſibile cõcluduntur oẽs,vtroqꝫ aũt modo prima efficitur figura,

ſigdem monſtratiue perficiātur, quoniā p cōuerſiones cōcludantur omnes, cōuerſio vero primā efficiebat figurā ſm autē per impoſſibile monſtrātur, quoniā poſito falſo ſyllus efficitur per primā figurā, quemadmodum in vltima figura, ſi a/ et b/omni iſunt c/ꝙ a/alicui b/ineſt, ſi eniꝫ a/nulli b, b/vero omni c/a/nulli c, ſed erat omni, conſimilr et in alijs.

¶ Vult laudare p̄mam figurā, q̄a per ipſam reliquę figurę pfectionem retinēt. Nam in 2ª figura modi pficiūtur cōuerſa maiore vniuerſali affirmatiua et faciēte p̄mā figurā. At modi in 3ª figura minore conuerſa affirmatiua perficiūtur. Q̄ ō vero etiā deductio ad impoſe p p̄mā figurā pficiat ſyllm ipſe adducit exēpla tertię figurę.

¶ Eſt autem et oēs ſyllos reducere/ad vlīter ſyllogiſmos qui in prima ſunt figura.

¶ Ante hęc igit̄ oſtēdit oēs ſyllos in prima figura omnibus alijs eſſe pfectiores, nūc autē oſtendit duos p̄mos perfectiores eē etiā reliq̄s qui ſunt in eadē figura, laudās illos, q̄a ſunt vtiles demonſtratiōi ꝓpter vniuerſale. Nā his demonſtrator vtitur et adhuc iſtoꝝ eo magis vtit̄ q̄ concludit affirmatiue, et raro negatiue, q̄a ꝓbat vt in pluribꝰ demrātor, et raro vtit̄ ꝯfutatiōibꝰ et reprobatiōibꝰ.

¶ Quę quidē in ſecūda ſunt figura planū ꝙ per illos perficiūtur, ꝓterq̄ ꝙ nō omnes cōſimilr, ſed vl̄es priuatiuo conuerſo, qui vero in parte vterq̄ per deductionē ad impoſſibile.

¶ Vterq̄ eniꝫ duoꝝ modoꝝ primoꝝ vl̄ium in ſecunda figura cōuerſa negatiua ꝓpoſitione cōiungebat̄ ordini ſecūdi modi p̄mę figurę. Nam dicebamus ſic m/nulli n/inſit, et x/omni, ſi aūt m/nulli n/ineſt, et n/nulli m, et hinc fiebat cōpoſitio ſm modū ſm primę figurę n/nulli m, et m/omni x. igitur n/nulli x. Similr etiā ſecūdus modus reducebat̄ ad 2m modū p̄mę figurę per duas cōuerſiones, hoc igit̄ modo vniuerſales modi per cōuerſionē reducūtur, et perficiunt̄, reliqui vero duę particulares p deductionē ad impoſſibile reducūtur ad p̄mam figurā acceptis oppoſitis cōtradictorie, et per figurā p̄mam potētibus oſtēdi. Naꝫ neq̄ vl̄is affirmatiua cōuertebat̄ cum aſyllogiſticaꝫ faciebat cōiugationē conuerſa in particularem, neq̄ particularis negatiua, prorſus cōuertit̄, ideo deductione ad impoſſibile reducūtur hi ad vl̄es modos primę figurę. Nā ſi m/ineſt omni n/et x/nō omni, neceſſe eſt n/nō omni x. Nā ſi hoc falſum erit veruꝫ illud oī, ſi q̄ m/omni n/et ſupponebat̄ n/omni x/ineē, igit̄ m/omni x/ineſt. Naꝫ fit p̄mus modus p̄mę figurę, et ſupponebatur non omni, idē igitur omni et nō omni, q̄ quidē eſt abſurdum. Hoc igit̄ modo quartus ſecūdę figurę in p̄muꝫ moduꝫ p̄mę figurę reducebat̄. Tertius autē in ſecūda figura oſtēdebatur etiā per cōuerſionē, et ob id redigebat̄ in p̄mam figuraꝫ, ſed non ad modos vl̄es ſed particulares. Verū is etiā deductione ad impoſſibile ad modum ſm vl̄em p̄mę figurę reducitur hoc modo m/nulli n/et x/alicui inſit, dico q̄ n/nō omni x/ineſt. Nam ſi aliq̄s diceret vno omni, et m/nulli n/atq̄ n/omni x. igitur n/nulli x, ſed ſupponebatur etiā alicui q̄ q̄dem eſt abſurdū. Nam rurſus fit ſecūdus modus primę figurę.

¶ Qui autē ſunt in prima figura ſm parteꝫ/ perficiūtur quidē et per ſeipſos. verū eſt ēt per ſecūdaꝫ figuraꝫ mōſtrare ad impoſſibile deducendo/vt ſi a/omni b, b/alicui c/ꝙ a/alicui c/inerit, ſi enim nulli, b/vero omni, nulli c/b/inerit, hoc eniꝫ fit per ſecūdaꝫ figuram. Cōſimilr autē et in priuatiuo erit demōſtratio, ſi eniꝫ a/nulli b, b/vero alicui c/ineſt a/c/alicui nō ineſt, ſi eniꝫ omni, nulli autē b/ineſt/nulli c/b/inerit, ſed hęc erat media figura. Quāobrem quoniā omnes qui in media ſunt figura ſyllī reducunt̄ ad vl̄es ſyllogiſmos/qui in prima, qui vero ſm parteꝫ in prima ad eos/qui in media. Planuꝫ ꝙ et qui ſm parteꝫ reducentur ad vl̄es ſyllos/qui in prima figura.

¶ Cum oſtēderit quoſdam ſyllos in 2ª figura reduci ad modos vl̄es primę figurę, nūc vult oſtēdere/q̄ etiā ſyllogiſmi particulares qui ſunt in p̄ma figura reducuntur ad vl̄es, lꝫ nō per ſe, neq̄ per ſeipſos, ſed deductione ad impoſſibile relati ad modos vl̄es ſcdę figurę et per illoꝝ modū oſtendēdi ad modos vl̄es primę figurę. i. non vt impfectos. Naꝫ oſtēdūtur et per ſeipſos oſtenſiue cū ſint ſyllogiſtici. Itē oſtendūtur deductione ad abſurdū reducti primo ad 2am figuram, et per illā ad modos vl̄es p̄mę figurę. Prior igit̄ eorum ex vniuerſali affirmatiua maiore, et minore particulari affirmatiua. Cōcludet q̄dē directa demōſtratione particulare affirmatiuū ſic a/omni b/et b/alicui g. igit̄ et a/alicui g. Cōcluditur autē deductione etiā ad abſurdū ſic. Nam ſi falſuꝫ illud alicui, verum erit a/nulli g/et omni b/inerat. igitur fit p̄mus modus ſecūdę figurę, quare et b/nulli g/inerit, ſed ſupponebat̄ ēt alicui, quod q̄dem eſt impoſſibile, quare oſtenſum eſt ēt deductione ad impoſſibile per ſecūdaꝫ figurā, et ſecūda figura reducebat̄ ad modos vniuerſales p̄mę figurę. igitur etiam particulares p̄mę figurę reducūtur ad vniuerſales modos in eadē figura per ſecūdā. Eodē quoq̄ mō et alter modus p̄mę figurę particularis reducetur ad modos vniuerſales. Nam ſi a/nulli b/et b/alicui g, igit̄ a/nō omni g. Nam ſi hoc falſum eſt, verū erit a/omni g/ineē, ſi ergo a/nulli b/et omni g. rurſus fit ſecūda figura, igit̄ b/nulli a/ſed ſupponebat̄ alicui. ergo. Item is etiaꝫ modus deductione ad abſurduꝫ ad ſecūdā figurā reductū erit, et hoc ad vl̄es modos p̄mę figurę. Hoc mō igit̄ particulares etiam modi reducuntur ad vniuerſales.

¶ Qui vero in tertia/quaꝫ termini vniuerſaliter ſunt ſtatim perficiuntur per eos ſyllogiſmos, qui in prima figura.

¶ Cum oſtenderit ambas figuras redactas ad vl̄es modos primę figurę, deinceps nititur etiā ſex modos in 3ª figura ad illos redigēdos eſſe demōſtrare. Et dicit quod duo modi qui ex vl̄ibus terminis conſtant, ſtatim reducuntur. Verū illud (ſtatim) dicit non q̄a ſint ꝗ perfecti ſicut illi, ſed q̄a deductiōe ad īpoſſibile, et nō per alios modos prius ꝓpoſiti p illos reducūtur ad vl̄es modos primę figurę, quēadmoduꝫ particulares p̄mę figurę deductione ad abſurdū faciebant ſecūdā figurā, et per illā redigebātur in modos vl̄es, ſed imediate p ſeipſos pficiūtur. Nam q̄a affirmatiuuꝫ alter, et alter negatiuuꝫ particulariter cōcludit, cōſtat q̄ quoties oppoſita q̄/acciperentur. Eq̄dem particulari affirmatiuo vniuerſale negatiuū opponitur, et in parte negatiuo vl̄e affirmatiuū, q̄re cuꝫ in ambobus duo termini vl̄es inueniātur, ſequet̄ cōcluſio, et in primo vniuerſale negatiuū, et in ſecūdo vl̄e affirmatiuuꝫ, quę efficiunt duos modos vl̄es in p̄ma figura,

quare pꝫ q̄ ij imediate ad illos reducuntur.

¶ Quũ vero in parte fuerint accepti/per ſyllo giſmos in parte, qui ſunt in prima figura, iſti autẽ in illos redacti ſunt. Quare ⁊ qui in tertia figura ſm partes omnes reducentur ad vniuerſales ſyllogiſmos qui in prima.

¶ Vniuerſales igitur (inquit) in 3ª figura per ſe ad p̄mã reducuntur deductione ad impoſſibile, ⁊ particulares nõ hoc mõ, ſed q2 etiam requiritur cõuerſio ipſorũ, ⁊ deductio ad impoſſibile ꝑ particulares q̄ ſunt in prima ꝑficiunt. Hę autẽ redigebãtur ad vl̃es ꝓprię figurę ꝑ ſecũdã, conſtat eiꝰ q̄ꝺ ij particulares in 3ª figura reducẽtur ad vl̃es in p̄ma per particulares p̄mę, ⁊ per illos per ſecũdã figurã. Exẽpli gratia. ſupponat̃ nobis ille qui ex duabus eſt affirmatiuis particularibus. Naꝫ a/omni b/⁊ g/alicui b/cõcluſio erit a/alicui g. Si enim g/alicui b/etiã b/alicui g/inerit. Si ergo a/omni b, ⁊ b/alicui g, pꝫ/q̄ꝺ factus eſt particularis p̄mę figurę. Eodẽ mõ in particulare reducit̃ etiã per deductionẽ ad impoſſibile. Naꝫ ſi falſum eſt a/alicui g/ineſſe, verũ erit illud nulli, ſi ergo a/nulli g/⁊ b/alicui a, rurſus factus eſt particularis modus p̄mę figurę, ⁊ ij reducebantur ad vl̃es per ſecũdã figurã, igit̃ ⁊ ꝑticulares tertię ꝑ hos redigent̃ ad vl̃es primę figurę.

¶ Qui igitur ineſſe/aut non ineſſe monſtrant ſyllogiſmi/dictum eſt quomõ ſe habẽt, ⁊ ſm ſe, qui ex eadem figura, ⁊ ad ſeinuicem qui ex diuerſis figuris.

¶ Cuꝫ tres ſint modi neceſſarij, de ineſſe, ⁊ cõtingẽtis cõcludens dicta vt nobis in memoriaꝫ reuocet, q̄ꝺ de modo de ineſſe oẽs tres explicate figurę magis ſunt, deide deſcendit ad neceſſarios. inquit. igitur dictum eſt ſeorſum quomõ vnaquęq; figura ſe habeat, ceu q̄ꝺ non per conuerſiones qui erãt in p̄ma figura oſtẽdũtur, ⁊ q̄les vnuſquiſq; modus cõcludit ꝯcluſiões. Hi quoq; qui ſunt in 2ª figura per deductionẽ ad impoſſibile, ⁊ per cõuerſionem reducũtur ⁊ ꝑficiũtur. Qui vero ſunt in tertia ꝑ hęc/ ac etiã per oſtẽſiones expoſitoriã, ⁊ ſi quippiã aliud proprium habẽt. Dictum quoq; eſt quomõ ſe habẽt adinuicẽ qui ſunt ex tribus figuris, ideſt quęcũq; cõmunia ipſis inſunt vel non inſunt.

¶ DE MIXTIONIBVS. CAP. VI.

Quoniam vero diuerſum eſt ineſſe ⁊ ex neceſſitate ineſſe ⁊ cõtingere ineẽ, multa eniꝫ inſunt q̄dem/nõ ex neceſſitate tamẽ, alia vero neq; inſunt omnino/cõtingunt autem ineſſe, planum ꝙ ⁊ ſyllogiſmus vniuſcuiuſq; horuꝫ diuerſus erit/ ⁊ non ſimiliter ſe habentibꝰ terminis, ſed hic quidem ex neceſſarijs, ille vero ex inexiſtentibus, ille autem ex contingentibus.

¶ Cum expleuerit ſermonẽ de tribus figuris quę cõſtabant ꝓpõnibus de ineſſe, deſcendit ad ꝓpões de neceſſario ⁊ merito ipſis ſm ordinis locuꝫ aſſignat. Nam cuꝫ ea quę ſunt partim eodẽ modo ſe habẽt, ⁊ ſemꝑ omnibꝰ inſunt, ⁊ partim inſunt q̄deꝫ non ex neceſſitate, ſed poſſunt quęꝫ inſunt etiam nõ ineſſe, ⁊ partim quędã nec inſunt, nec ex neceſſitate inſunt, tamẽ poſſunt ineſſe ⁊ non ineſſe, quoꝝ p̄mum eſt illud de neceſſario, ⁊ illud de ineſſe, ⁊ de cõtingenti, ſed ob id fecit ſermonẽ, primo de ꝓpoſitionibus de ineſſe tãq̄ ſimpliciorẽ. Nam ipſi q̄ꝺ eſt aduenijt q̄dam, ceu ſemꝑ ⁊ omne facit neceſſariũ, ⁊ mediũ ſermonẽ ordinat de neceſſarijs cõiugationibus tãq̄ habẽtibus mediũ ordinẽ inter eas quę ſimplr̃ inſunt, ⁊ eas quę cõtingẽter inſunt. Naꝫ ⁊ hę ſunt de ineſſe, ſed ſemꝑ ⁊ neceſſario, alię vero de ꝯtingẽti nõ inſunt, ſed poſſunt in eſſe ⁊ nõ ineſſe, ob id igit̃ ſecũdo loco facit ſermoneꝫ de neceſſarijs cõiugationibus. Q̄ꝺ ſi ꝓpões alię ſunt de ineſſe, alię vero de neceſſario, ⁊ alię de cõtingenti, pꝫ q̄ꝺ cuꝫ ſint diuerſę ꝓpoſitiones, diuerſa quoq; erit cõcluſio. Nã ex ꝓpõnibus de ineſſe, fit cõcluſio de ineſſe. Sic̃ quoq; ex neceſſarijs neceſſaria, ⁊ ex ꝯtingẽtibus contingẽs.

¶ In neceſſarijs itaq; ferme cõſimilr̃ ſe habꝫ ⁊ in his/quę inſunt, eodẽ eniꝫ modo poſitis terminis in eo/q̄ꝺ eſt in eſſe, ⁊ in eo q̄ꝺ eſt ex neceſſitate ineſſe/erit ⁊ nõ erit ſylls, ꝑterq̄ ꝙ differẽt in eo/ꝙ adiacet terminis ex neceſſitate ineſſe vel non ineſſe nãq; ⁊ priuatiuũ ſilr̃ cõuertitur/ ⁊ quod eſt in toto eſſe ⁊ quod de omni conſimiliter aſſignabimus.

¶ Vt ſi habẽt ꝓpões de ineſſe. inquit. ita ſe habẽt etiaꝫ de neceſſario. Nam etiã ipſe ſunt aſſyllogiſticę, ⁊ ſyllogiſticę in vnaquaq; figura, ⁊ eaſdẽ inter ſe demõſtrãdões habent, diſtant autẽ dũtaxat, q2 iſte ſunt cũ modo, ille vero ſine modo. Adiecit autem ferme ꝓpter quartũ modũ ſyllogiſticuꝫ ſecũdę figurę, ⁊ quintũ tertię figurę. Nã in his eſt differẽtia neceſſarioruꝫ ad illos de ineſſe, vt deinceps nobis oſtẽdet. Nam priuatiuũ ſimilr̃ cõuertit̃, imo nõ ſolum priuatiuũ, ſed etiã affirmatiuuꝫ. Sed cur huius mentionẽ non fecit? Dicimus igit̃ q̄ꝺ affirmatiuum in omnibus modis ſimilr̃ cõuertitur, quo fit vt mirũ non ſit, ſi ẽt in his cõuertatur, ſed priuatiuũ nõ ſimilr̃ in contingenti, vt etiam ipſe inquit, ideo de hac ſola conuerſione mentionem fecit, tãquã cõpetente duobus ſolis modis, ⁊ aliã tãquam omnibus cõmunem omiſit. Obiectio · Solutio ·

¶ In alijs igitur eodem pacto mõſtrabit̃ per conuerſionem/ꝙ cõcluſio eſt neceſſaria, quẽadmodum in eo/quod eſt ineſſe.

¶ Nam ſimiliter vel directe oſtendentur, vel per conuerſionem neceſſarij modi ⁊ ipſi de ineſſe.

¶ In media vero figura/quãdo ſit hoc quideꝫ vniuerſalr̃ affirmatiuuꝫ, hoc auteꝫ priuatiuũ in parte, atq; iteruꝫ in tertia/quuꝫ ſit hoc q̄dẽ vniuerſalr̃ p̄dicatiuuꝫ/illud vero priuatiuũ in parte, non ſimilr̃ erit ⁊ demonſtratio, cęterũ neceſſe eſt/cui vtrũq; non ineſt de hoc facere ſyllm, erit eniꝫ neceſſariũ ⁊ in his, ſi auteꝫ de expoſito neceſſario eſt/⁊ de illo quodã, nãq; expoſitum q̄ꝺ illud aliquid eſt, ſit aũt vterq; ſyllogiſmorum in propria figura.

¶ Inquit alijs ſilr̃ ſe habẽtibus prorſus. ſ. neceſſario ⁊ de ineẽ, ſolus quartus in ſecũda figura, ⁊ quintus in tertia differũt in his quę ſunt de ineſſe, ⁊ de neceſſario. Nam illi q̄ ſunt de ineſſe per cõuerſioneꝫ q̄dem nõ oſtẽdebant̃, ſed per deductioneꝫ ad impoſſibile, ſed in his de neceſſario non põt fieri demõſtratio eoꝝ per ĩpoſſibile, ceu in 4º modo ſecũdę figurę ſermo iaꝫ declarauit. Naꝫ eſto a/omni b/ex neceſſitate, ⁊ g/ex neceſſitate nõ omni, dico q̄ꝺ b/ex neceſſitate non omni inerit. Hoc eſt q̄ꝺ q̄dem dicebaꝫ, non põt deductione ad abſurduꝫ demonſtrari dicẽdo ſi

falſum eſt illud ex neceſſitate nõ omni ineſſe, verum erit hoc quod g/omni b/ineſt, at qui etiã a/omni b/ex neceſſitate inerat, deinde qualis ſequatur cõcluſio ignoramus. Nam ſi ꝯiugatio in prima figura ex maiore vl'i affirmatiua neceſſaria, ⁊ minore vniuerſali affirmatiua ꝯtingẽti, quę qualem ꝯcluſionem cõcludat nõdum ſcimus Pb's docuiſſe ante mixtionẽ cõtingẽtis ad neceſſariũ, quare pulchre dicebatur nõ poſſe oſtendi quartũ ſyllogiſmũ ſcdę figurę deductione ad impoſſibile. Eadẽ quoq accidunt quinto mõ tertię figurę, oſtendiť igitur per oſtẽſionem expoſitoriam. Et talis eſt oſtẽſio expoſitoria hic. Eadem in quarto in ſecũda figura ſi a/omni b/ex neceſſitate ⁊ g/alicui nõ inerit, ex neceſſitate ſumenda eſt pars ipſius g, cui a/nõ inſit, ceu d/⁊ ſic ordinãdum eſt. Si a/nulli d, nulli quoq a/d, ſed a/omni b. igiť a/nulli b. igiť ⁊ b/nulli d, ſed d/eſt g/pars, igiť b/alicui g/nõ inerit, ſed in ſecũda figura ſi a/alicui g/nõ inerit, ⁊ b/omni g, igiť a/alicui b/nõ inerit. Addať igitur pars ipſius g, cui a/nõ inerit ceu d/⁊ erit ſic, ſi a/nulli d/⁊ b/omni d, ſiquidem ⁊ g/omni cui⁹ eſt pars d, conuertetur autẽ b/⁊ erit d/alicui b. Si ergo a/nulli d/⁊ d/alicui b/⁊ a/alicui b/nõ inerit. Vnde merito ſyllogiſmi de neceſſario eodem modo ſe habẽt cum illis de ineſſe, ⁊ eodem mõ oſtendũtur, quia cõuerſiones ꝓpõnum de neceſſario ſimiľr ſe habere cũ illis de ineẽ dicebanť, fit aũt vterq ſyllogiſmus in ꝓpria figura, vterq (dicit) duorum ſyllogiſmoꝝ dictoꝝ oſtẽditur per ꝓpriã figurã ꝯcludendo ꝓprias cõcluſionẽ, ſed quartus ſyll's ſecũdę figurę per ſcdm ſyllogiſmũ eiuſdẽ ſcdę figurę ſic. Nam ſi a/omni b/ineſt, ⁊ g/non omni, ⁊ ſupponebať pars ipſius g/cui non ineſt a, igitur a/omni b/ineſt ⁊ nulli d, qđ quidem eſt ſecundus modus ſcdę figurę ex maiore vl'i affirmatiua, ⁊ minore vl'i negatiua, igiť a/nulli b/⁊ d/inerit quod eſt pars ipſius g, ipſum igiť b/nõ omni g/inerit. Siľr quoq quintus modus tertię figurę per ſcdm modũ eiuſdem tertię figurę oſtendiť ſic. Nam ſi a/ex neceſſitate nõ omni g/et b/ex neceſſitate omni, dico quod a/ipſi b/ex neceſſitate non omni ineſt. Nam cũ a/ex neceſſitate nõ omni g/ſumať pars aliqua ipſius g, cui ex neceſſitate nõ ineſt a, ceu e, igiť a/nulli e/ex neceſſitate ineſt, ⁊ cũ b/ex neceſſitate omni g/ineſt, ⁊ vna pars ipſi⁹ g/eſt e, igitur b/omni e/ineſt. Si ergo a/nulli e/⁊ b/omni ex neceſſitate ineſt, patet qđ factus eſt rurſus ſecũdus modus tertię figurę, quare oſtẽſio expoſitoria in ambabus ſyllogiſmis ꝓpriã rurſus effecit figuram.


¶ Sed annotatu dignum in his omnibus, quõ poſt demonſtrationem trium figurarum, deinceps viſus eſt elementis totius ⁊ ſecurius velut prius ſm ordinem figurarum ⁊ terminorum, ⁊ his elementis vtens.

¶ MIXTIO NECESSARII ET INESSE.


SEd contingit aliquãdo ⁊ altera ꝓpoſitione neceſſaria exiſtente/neceſſarium fieri ſyllogiſmũ/ꝓterq ꝙ nõ vtralibet, ſed q̃ ad maius extremum, vt ſi a/quidem ſumptum eſt/ineſſe ipſi b/ex neceſſitate/aut non ineſſe, b/ vero ipſi c/ineſſe ſolum, ſic enim ſumptis propoſitionibus ex neceſſitate a/inerit ipſi c/aut nõ inerit. Quoniam enim b/ipſi/ex neceſſitate ineſt/aut non ineſt/a, ipſum vero c/aliquid eſt eorum/quę ſunt b, manifeſtum ꝙ ⁊ c/ipſi ex neceſſitate erit horum alterum.

¶ Cum tradiderit ꝓpõnes de ineſſe ⁊ de neceſſario, hic vult miſcere illas, ⁊ vult in eaſdẽ ſemper cõcluſionẽ ſequi maiorẽ ꝓpõnem, ceu ſi maior eſt neceſſaria ⁊ minor de ineſſe, fit cõcluſio neceſſaria, ſi vero ecõtra maior de ineẽ ⁊ minor neceſſaria, ꝯcluſio de ineſſe erit. Tradit aũt primo vt cõſueuit coniugationes ex ꝓpõnibus ambab⁹ vniuerſalibus. Eadem perſpicuũ eſt quod exiſtibus ꝓpõnibus vl'ibus octo fiũt cõiugationes, quatuor quidem ſyllogiſticę, quatuor vero aſyllogiſticę. Nã ſi duabus vl'ibus exiſtẽtibus de ipſo ineſſe, quatuor fiebant ꝯiugationes, ſimiľr etiã totidẽ exiſtẽtibus neceſſarijs, vnde conſtat ꝙ ſi hę miſceanť, octo fient. Nã ſi maior fuerit neceſſaria ⁊ minor de ineſſe, quatuor fiũt cõiugationes ſm q̃litatem variatę. Vel enim ambę ſunt negatiuę, vel ambę affirmatiuę, vel altera affirmatiua, ⁊ altera negatiua. Et hoc dupl'r. Similr etiam ſi econuerſo fuerint. ſ. maior de ineſſe, ⁊ minor neceſſaria, rurſus fiũt alię quatuor ꝯiugationes ſm qualitatem variatę, omnes igiť ſunt octo, prius igiť exponit neceſſarias ex duabus vl'ibus affirmatiuis, minore exiſtẽte de ineſſe. Et Pbs (vt diximus) vult ſemꝑ cõcluſionem ſequi maiorẽ ꝓpõnem, ideo ⁊ hic hoc mõ ſe habẽtib⁹ ꝓpõnibus neceſſaria cõcluſio ſeqtur, vt ingt. Verum alij vt Theophraſtus/Eudemus/Plato negant ſic ſe habere, vt Ariſto ingt. neq concedũt cõcluſionẽ prorſus ſeq maiorem, ſed ſemꝑ fieri de ineſſe. Dignum igiť eſt prius exponere Ariſtotelicã demõſtrationẽ, ⁊ quot hi q Pbo aſſenſi ſunt adiecerũt ad oſtẽſionem eiuſdẽ. Deinde exponere quę opinioni cõtrarię nõnulli fauentes aſſerũt, ⁊ ita quę ſufficiunt verbis diſcutere. Ariſtotelis igiť oſtenſio ſic procedit a. ingt ex neceſſitate omni b/inſit, ⁊ b/oĩ g/inſit, dico (inquit) quod a/ex neceſſitate omni g/inerit. Nam cum a/ex neceſſitate omni b. igitur omnibus partibus eiuſdem inerit, ſed vna partium ipſius b/eſt c. igitur a/ex neceſſitate omni c/inerit qđ quidem oportebat oſtendere. Sic igiť Ariſto. oſtendit. Alij vero aſſentientes ipſi ⁊ ſuffragantes huic opinioni addũt ⁊ alias duas demonſtrationes, vnam quidem per impoſſibile, et ſic dicimus inquiũt, qđ ita ſe habẽtibus ꝓpoſitionibus ex neceſſitate a/omni c/ineſt. Nã ſi hoc falſum, erit verum oppoſitum, qđ eſt a/cõtingit non oĩ c/ineſſe, vt rurſus opponamus modum modo, quãtitatem quantitati, ⁊ qualitatem qualitati. Cum igiť a/contingit nõ omni c/ineſſe, ⁊ ſupponebať b/omni c/ineſſe, igitur a/cõtingit nõ omni b/ineſſe, ⁊ ſuppoſitum fuerat ex neceſſitate omni, idem igiť contingit non omni ⁊ ex neceſſitate oĩ, qđ ſane fieri negt. ¶ Sciẽdum autem eſt qđ etiam Ariſto. ⁊ omnes alij confitẽtur ex maiore contingẽti exiſtẽte particulari negatiua: ⁊ minore vniuerſali affirmatiua de ineſſe cõcludi concluſionem particularem negatiuam cõtingentem. Item addunt aliam demõſtrationem talem. Si ex duabus (inquiunt) propoſitionibus de ineſſe fiebat cõcluſio de ineſſe, patet qđ neceſſaria exiſtẽte altera non amplius eadẽ cõcluſio debuit cõcludi ſed neceſſaria. Hęc dicunt qui Ariſtotelicę opinioni ſuffragãtur ⁊ cõſentiunt. ¶ At alij inſtant ꝯ dicta eius. Et p̃mo inſtat cõtra Ariſtotelicas oſtẽſiones ſic ex ſignificatione neceſſarij ⁊ de ineſſe. Ingunt neceſſarium eſt qđ omni ⁊ ſemper ineſt, ⁊ illud qđ ineſt eſt illud qđ eſt in re, ſed poteſt abeſſe ab ipſa, ſi ergo b/c/non neceſſario ineſt. igiť põt ſeparari ab eo, ſi ergo ſeparatur ab ipſo b/c. ergo nõ ex neceſſitate inerit a/ipſi c. Nã ſi ſepararetur medium ab extremo, non habebit extremũ quo cõiungať extremo, quare inerit c/a/⁊ nõ neceſſario. Etenĩ male ſupponebať, inquiũt qđ ſi a/ex neceſſitate omni b/ineſt, ⁊ pars b/eſt c. igitur a/ex neceſſitate omni c/inerit. Nã neceſſarium ꝓprie ineſt oĩbus partibus eius ex neceſſitate, ⁊ nõ aliquãdo exiſtẽtibus eius partibus, ⁊ aliquãdo nõ, ⁊ b/omni c/inerat, ⁊ non ex neceſſitate, q̃re poteſt etiam

etiam nõ ineſſe. Nam hęc eſt natura ipſius ineẽ, vt quod ineſt, quãz ineſt poſſit etiam non eẽ. Si ergo põt c/nõ eẽ pars ipſi⁹ b. Nã ſic oñſuz eſt pſpicuũ ẽ, qḋ ex nec̃iate oi c/inerit. Nã qḋ b ita ſe hẽat pſpicuũ ẽ ex appõne termio:



tus. Sint itaq termini, motus, pgreſſio, homo. Nã motus ex neceſſitate ineſt omni progreſſioni, ⁊ pgreſſio oi homini de ineẽ, cõcludit̃ motus de ineẽ oi homini ineẽ,




Item virtus, prudentia, homo, ⁊ vniuerſalr̃ oportet acci pere vlius aliquid ⁊ particularius, ⁊ aliqd hoꝝ qḋ de ineſſe participet. Et vlius ponere maiorẽ terminũ, ⁊ participans minorẽ. Item cõtra oſtẽſionez ad impoſſibile ſic inſtãt, qa hoc modo nõ ſolũ oſtẽdemus nec̃iam affirmatiuam ꝯcluſionẽ, ſed etiam vlem affirmatiuaz de ineẽ, ⁊ adhuc vniuerſale affirmatiuũ de cõtingẽti. Dico eñ inquit. Theophraſtus qḋ cõcluditur cõcluſio a/omni c/ineſſe. Nã ſi hoc falſuz, verũ erit a/nõ omni c/ineẽ. Cũ igit̃ a/non omni c/ineſt, ⁊ ſupponebat̃ b/ipſi c/omni ineſſe, igit̃ a/nõ oi b/inerit, nã fit tertia figura ex duab⁹ ppõnibus de ineẽ, ⁊ erat ex neceſſitate omni, igitur a/ipſi b/ex neceſſitate omni ineſt, ⁊ nõ omni qḋ fieri negt, ſed opz; inquiunt, ⁊ vniuerſale ꝯtingens poſſe cõcludi, nam dico qḋ hoc modo ſe habentibus propoſitionibus concludi tur a/omni c/contingere, naz ſi hoc falſum, erit verũ neceſſe non omni. Cum igitur a/neceſſe eſt non omni c/ineſſe, ⁊ b/omni c/inerat, igitur a/ipſi b, vel ex neceſſitate non omni, vel ineſt non omni. Verum nuz id ita ſe habeat, adhuc dubitationem hz. Erat autem ⁊ ex neceſſitate omni b/a, idem igit̃ eidez omni ⁊ non omni ex neceſſitate inerit, vel non neceſſe omni, quod fieri nequit, q̃re inquit deductio ad ipoſſibile, nihil minus oſtẽdet vlez affirmatiuam neceſſariam concludi concluſionem, quã contingentem vniuerſalem affirmatiuam, vel de ineſſe vniuerſalem affirmatiuaz. Hoc igitur modo illi oſtẽſionem ad abſurdum eẽ falſam oſtẽdunt, qa eadem oſtenſione in abſurdum in ppoſitionibus ipſis plures cõcluſiones cõcludi poſſunt. Sed inquiſitione dignum eſt vtrũ plures concluſiones cõcluderẽtur eadem oſtenſione ad abſurdũ. Dicimus igit̃ quod vnaquęq cõcluſio vniuerſalis affirmatiua acciperetur, deinde cõtraria ex ſuppoſitione pticularis negatiue, ⁊ merito eadez quãtitate ſum

pta in concluſionibus ⁊ ſuppõnibus idez abſurdum ſequutuz eſt, naz ſoli hi modi mutati ſunt manente eadem quãtitate, ideo ⁊ in oibus idem fit ⁊ cõcluditur abſurdũ. Sed ad tertiaz oſtẽſionẽ quę eſt in ſupficie, eſt prompta obiectio. Si eniz qa ex duab⁹ ppõnibus de ineẽ per eas cõcludebatur ꝯcluſio de ineẽ, qa altera ſit neceſſaria, ob id debuit cõcluſio fieri neceſſaria. Dicimus cuz illis qḋ eo qḋ ex duabus neceſſarijs nec̃ia fiebat ꝯcluſio, opz vt ſi altera fuerit de ineẽ, ⁊ ꝯcluſionem fieri de ineẽ. Porro quod etiam erat veriſimilius, vel mixtam oportebat ipſam fieri. Et hoc videndũz eſt quõ fieri põt vt ex ppoſitione de ineſſe ⁊ neceſſaria fiat aliquod mixtuz, quare ridiculũ tale erit, ſed aliter oportebat idem dici, ⁊ in qbus propoſitionibus maior eſt de ineẽ, ⁊ minor nec̃ia, nam oportebat etiam in his cõcluſionẽ eẽ nec̃iam p eandem cauſaz, nũc autẽ de ineẽ fit, igit̃ talis rõ eſt ſtolida. Item quo pacto ſm quantitatẽ ⁊ qualitatez cõcluſio ſemp ſeqbatur deteriorẽ propoſitionez, pz quod ẽt in his modis ſimilr̃ deteriorez concluſio ſequi debet, quare ſi ppõ de ineẽ eſt deterior ipſa nec̃ia, patet quod ꝯclõ fiet de ineẽ, vbiq igitur idẽ nobis demõſtratũ ſit. At forte nullũ auxilium rõni Ariſto. defendendę afferri intelligiq eẽ põt, imo dicimus qḋ põt defendi, nã ipſe inqt qḋ nec̃ium dupliciter dicit̃ in libro de interptatiõe, alterũ pprie, alterũ do ex ſuppõne. Et nec̃iuz ex ſuppõne duplr̃, nam alterũ dicitur nec̃iuz dum fuerit ſubtũ, ⁊ alterũ dũ fuerit pdicatum, ceu pprie dicit̃ nec̃iuz moueri ſolẽ. Et nec̃ium quãdo eſt ſubiectũ ex ſuppõne, vt Socratẽ eẽ aial, nã dũ Socrates eſt, neceſſe eſt ipſum eẽ animal, qḋ ẽt magis pprie neceſſario approximatur. Tertium do nec̃iuz eſt, ceu dicimus nec̃e eſt ſedẽtez ſedere, naz dũ eſt pdicatũ, dico. ſ. ſedere nec̃io ineſt ſedenti ſm nec̃iuz ex ſuppoſitiõe. Dicimus ergo quod maior propoſitio accepta eſt ſm ipm nec̃iuz proprie, ⁊ cõcluſio ſm nec̃ium ex ſuppõne, quod eſt duz pdicatum eſt, nã quouſq a/inerit c/ex nec̃itate eidem inerit. Et Alexander Phi interpres in quodã vno libro vult pręceptorem ſuum Soſigenem fuiſſe eiuſdem opinionis. ſ. quod Ariſto. hic concludat nec̃iam ex ſuppoſitione, naz inqt qḋ hoc velit, patet ex his quibus aliquando cõcluſio de ineẽ cõcluditur maiore exiſtente de ineẽ, ⁊ altera nec̃ia, exponit terminos Phs, aliqñ do neceſſariũ ꝯcludit̃ maiore nec̃ia exiſtẽte, ⁊ miore de ineẽ. Vnde cũ noluit ſuppeditare nobis terminos ꝯcludẽtes nec̃iũ ppe, ꝯſtat (inqt) qḋ ipſe accepit nec̃iũ ex ſuppõne.

Si aũt ęb/quidem non eſt neceſſarium b, c/do neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria, nam ſi eſt/continget a/eorum quę ſunt b/alicui ineſſe ex neceſſitate/⁊ per primam, ⁊ p tertiam figuram, ſed hoc falſum. Contingit eniz b/tale eſſe, cui nulli accidit ineſſe a. Pręterea ⁊ ex terminis palam, qꝛ non eſt concluſio neceſſaria, vt ſi a/eſſet motus b/animal in quo autez c/homo, animal nãq homo ex neceſſitate eſt, verum mouetur animal non ex neceſſitate, neq homo.

Cũ aſſignarit ꝯiugationẽ ⁊ mixtionẽ ex maiore nec̃ia, nũc tradit eã q̃ oppoſito mõ ſe hz. ſ. eã mixtiõez q̃ hz ad minorez neceſſariũ ⁊ ad maiorẽ ipm de ineẽ. Et inqt nõ nec̃iaz ſed de ineẽ ſi eã concluſionem, nã iam dictuz eſt, qḋ hęc Ariſtoteles hic vult concluſionem ſequi maiorem, oſtendit autez hoc dupliciter, ⁊ deductione ad ipoſſibile ⁊ oſtẽſione p terminos. Etenim vſus methodi eſt

non vt eas ciſmet adaptemus, ſed rebus, ideo opponentes aſſyllogiſticos terminos ſufficiebat his ad probationem, quod ipſi nequeant congruere rebus, oſtendit igit hoc per primam figuram, ⁊ per tertiam ſupponẽdo cõcludi concluſionem neceſſariam, ⁊ eadem oſtenſiõe oſtẽdendo falſum ſequi, ⁊ ſic ipſam confutat. Nam conſtat vt ea ſuppoſitio ex qua falſum ſequitur, ꝙ erit falſa. Nã nullam veram ſuppoſitionem falſum ſequitur, oſtendit igitur falſum ſequi, ⁊ per primam ⁊ ſecundam figuram, ⁊ per primam ſic, ſi a/omni b/ſolum ineſt, ⁊ b/alicui c/ex neceſſitate. Ego dico (inquit) ꝙ a/omni c/de ineſſe ineſt. At ſi quis diceret ex neceſſitate, cõcedatur hoc et ſi nullum falſum ſequatur. Eſto vera concluſio, quod ſi inuenerimus aliquod falſum ſequi, patet quod erit ſuppoſitio falſa, quę dicit neceſſarium concludi, quare ſolum de ineſſe concluditur. Cum igitur a/omni c/ex neceſſitate ſuppoſuimus, erat quoq; b/omni c/ex neceſſitate, igitur c/alicui b/ex neceſſitate inerit. Nam conuertitur, ſi ergo a/omni c/ex neceſſitate ineſt, ⁊ c/alicui b/ex neceſſitate ineſt, ergo a/alicui b/ex neceſſitate inerit. Nam fit tertius modus primę figurę, ſed hoc falſum eſt. Nam ſupponebatur ſolum a/omni b/ineſſe, ⁊ omne quod ineſt, contingit nulli ineſſe, ⁊ alicui ex neceſſitate ineſſe, ceu verum eſt dicere omni corpori moueri ineſſe, ſed hoc poteſt etiam alicui neceſſario ineſſe, ceu corpori cęleſti. Rurſus dicimus omni naui ineſſe ipſum moueri, vel homini ſedere, ſiue moueantur, ſiue ſedeant, ſed etiam nulli contingit ineſſe. Si ergo talis eſt natura ipſius eſſendi, ſi ergo poneretur ex neceſſitate a/ineẽ alicui b/non poterit idem eidem nulli contingere ineſſe. Hęc nanq; erat natura ipſius de ineſſe proprię, igitur falſum ex neceſſitate a/alicui b/ineſſe, ſed falſum ſequutum eſt propter ſuppoſitiõnem dicentem a principio concludi neceſſariam concluſionem, igitur de ineſſe concludetur. Et conſidera quomodo non inquit impoſſibile eſſe a/alicui b/ex neceſſitate ineſſe, ſed falſum. Nam neq; ſi aliquod falſum, hoc illico eſt impoſſibile, ſed ſi aliquid eſt impoſſibile, hoc ſtatim eſt etiam falſum, vt etiam in ſuperioribus diximus. Neq; enim propoſuit oſtendere hoc deductiõe ad impoſſibile, quocirca oppoſitum non ſupponebat omni ineſſe, ſed ſolum oſtendere falſum dicens, quod neceſſaria concluditur concluſio. Nam neq; impoſſibile eſt in aliquo idem eidem, ⁊ de ineſſe omni ineſſe, ⁊ ex neceſſitate alicui ineſſe. Nam vt dicebam tale eſt communius ineſſe vt per terminos demonſtrauimus, igitur falſum eſt illud ex neceſſitate alicui ineſſe, ⁊ omni ſimpliciter, id eſt ſm vniuerſale ſignificatum de ipſo ineẽ, quod quidem poteſt, ⁊ alicui ex neceſſitate ineſſe, ⁊ nulli contingere ineſſe. Sic igitur oſtenditur per primam figurã, ⁊ per tertiam ſic. Nam ſi a/ex neceſſitate omni c, vt aliquis putaret, inerat autem etiã b/ex neceſſitate ipſi omni, igitur a/alicui b/ex neceſſitate inerit. Nam fit primus modus tertię figurę duabus exiſtentibus neceſſarijs cõcludens concluſionem particularem affirmatiuam neceſſariam, ⁊ ſupponebatur omni b/a/ineſſe, igitur falſum eſt a/alicui b/ex neceſſitate ineſſe. Nam contingit ⁊ in ipſo de ineſſe id quod ſumptum eſt, velut omni ⁊ nulli eidem ineſſe, igitur falſum eſt illud alicui ex neceſſitate, ſed falſum ſequutum eſt, quia ſupponebamus omni c/a/ineſſe ex neceſſitate. Sic igitur Ariſto. Item ex terminis manifeſtum eſt, ꝙ non erit concluſio neceſſaria, ceu ſi eſſet a/motus, ⁊ b/animal in quo c/homo. Nam motus omni animali ineſt de modo de ineẽ, ⁊ animal omni homini neceſſario, concluſio concluditur non neceſſaria, ſed de ineẽ. Motus enim oĩ hoĩ ineſt non neceſſario, ſz de ineẽ.



Sed ſcire opus eſt in his terminis ꝙ nõ idẽ intellexit poſſibile fieri, ⁊ de quo dixit neceſſariam concluſionẽ concluſam eẽ ex maiore neceſſaria. Nam vt hic accipiẽdo motũ maiorẽ terminũ, demõſtrauit cõẽ nõ neceſſariam, ſic ⁊ ibi ſi ſumpta fuerit eadẽ minor nõ erit neceſſaria cõcluſio, ceu a/animal, ⁊ b/homo, ⁊ c/motus, igit ſi animal homini ex neceſſitate ineſt, ⁊ homo mouetur de ineẽ, ⁊ animal neceſſario mouetur, ſed hoc eſt falſum, eſt igitur totũ inuolucrum minus recte perſpectũ, ⁊ cõſtat ad quod reſpiciens deduceret. Nam ſi acceperimus vt in predicatione c/ſub b/inuenitur vt ſpẽs ipſorum, hoc ⁊ in oĩbus ſuſpicatus eſt, ſed nõ eſt. Nã neq; hic ſub hoĩe q eſt ſpẽs motus ponit. At ordine terminorum motus eſt ſumptus ſub ipſo, ſed velut ſubiectũ. Vel igit contẽpſit, vel neceſſarium ex ſuppoſitione accepit, vt diximus iam.

¶ Conſimiliter autem ⁊ ſi priuatiuum eſſet a/b/eadem enim demonſtratio.

¶ Diximus octo hic factis vniuerſalibus coniugationibus ⁊ quatuor ſyllogiſticis, quatuorq; aſſyllogiſticis, ⁊ duos ſyllogiſticos ex ambabus affirmatiuis tradidit, nũc duo negatiuas tradidit, ⁊ inquit eandem demonſtrationẽ eẽ in his eẽ. Eſto igitur maior neceſſaria, ſi ergo a/nulli b/ex neceſſitate ineſt, ⁊ b/ex neceſſitate omni c/ineſt, igitur pars ipſius b/quę eſt c, ſed a/ſeparata eſt ab omnibus partibus ipſius b/ex neceſſitate cum ſit pars eius b, hoc igit modo ſm Ariſtotelem oſtenditur. Eadem rurſus mouet Theophraſtus contra hęc, vt ſupra. Nã vtroq; terminorum eſſet neceſſarius cum fuerit alter de ineſſe, concluſio erit de ineſſe. Et in coniugatione habente neceſſariã ad minorem ipſe Ariſtoteles etiam ſimul fatetur, ſed in habente maiorem neceſſariam liquet, quia etiam oſtenditur priuatiua per terminos. Oſtenditur autem per cõmuniores dicendo ſic. Nam quia a/nulli b/ex neceſſitate, ⁊ b/omni c/ineſſe, perſpicuum eſt. Nam ſi a/nulli b/a/ patet quod neq; c. Nam c/ſub ipſo b/ ponitur, ſed non amplius ex neceſſitate, nulli c/a, quemadmodum b, quia ipſius b/c, ſupponitur eſſe pars de ineſſe ⁊ non neceſſario. Quo igitur ad terminos nequaq; neceſſarium concluditur. Nam ſi acceperimus ſpecies inuicem contradiuiſa, ceu nigrum, album, ⁊ horum alterum faciemus maiorem terminum, ⁊ alterum medium, ⁊ deinde acceperimus tertium qđ vtriſq; diuiſim põt ineẽ ⁊ non ineẽ, ⁊ hoc faciemus minorem terminum, ceu equum, conſtat qđ altera contradiuiſarũ ſpẽrum ex neceſſitate negabit ab altera, ceu album negabitur de nigro, ⁊ cũ mediũ affirmet de vltimo inexiſtẽter, nõ ex neceſſitate primũ de vltimo negabit, ſed de ineẽ, q ſi de ineẽ de ipſo medium pdicaretur, cõſtat qđ etiam põt nõ ineẽ eidẽ, ſed medio nõ exiſtente de ineſſe ex neceſſitate contradiuiſa inerit, ſi aũt põt ineſſe ⁊ non ineẽ, patet quod quoties negaret, nõ ex neceſſitate negabitur. Nã ſi albũ nulli nigro ex neceſſitate ⁊ nigrũ oĩ equo de ineẽ. Nam ſi nigrũ omni de ineẽ, poteſt etiam

non ineſſe, nō exiſtente autem albus omnino inerit, vel aliquid intermediū. Naꝫ proꝛſus opꝫ participare altero cōtrarioꝝ, vel aliquo intermedio, ſi aūt pōt oi equo ineſſe ipm albus, pꝫ quod quādo nigrū ineſt, albus de ineē ꝛ nō neceſſario negabiē. Sꝫ notādū eſt ipm nō accepiſſe minorē terminū cui alterū aliqḋ ꝯtrarioꝝ ex neceſſitate ineſt, ceu coꝛuo nigrū cui nō ampliꝰ ſuabimꝰ minorē de ineē.

cludũtur per hęc, ſed etiam cõtraria, quare ſi ex ſuppõne qua ſupponiẽ omni neceſſe aliqd impoſe ſequutum eſt, cur nõ dicimus oppoſitũ cõtradictorię ipſi cõcludi, dico ſcʒ nõ neceẽ omni. Dicimus igiẽ ad hoc qđ ſi cõtineretur neceẽ omni ſub hac non cõtingit nulli, dicebemus etiã illud oppoſitũ cõtradictorię huic neceẽ omni cõcludi, ſʒ qa ẽ oppoſitũ huic nõ cõtingit nulli eẽ hoc eſt concluſum. Nũc aũt nõ ɔtineẽ ſub ipſa, ẽ cã ꝑ quã nõ ɔtineẽ hęc eſt. Nam ſi huic cõtingit nulli opponiẽ hęc non cõtingit nulli, ẽ ęqualet huic cõtingit omni, ſed cõtingit omni, nõ opponitur huic neceẽ omni, igiẽ non ɔtinebit hęc non cõtingit nulli hãc neceẽ omni quę ſe hʒ oppoſito mõ huic contingit omni, qa ęquiualet ipſa huic contingit nulli, ſed ſequutum eſt vniuerſalr ex hac neceẽ omni impoſſibile, qa vniuerſali negatiuę duę repugnãt affirmatiões, vna vniuerſalis, ẽ altera particularis, quę opponitur ei contradictorię, ẽ alia velut cõtraria. Per hęc igitur ẽ ex hac poſita. ſ. omni ſequutuʒ eſt impoſe non velut ex cõtradictoria, ſed velut ex cõtraria, igitur dũtaxat eſt cõcluſum oppoſituʒ huic neceẽ alicui, quod qdem eſt non neceẽ alicui, quod idcʒ eſt nulli ex neceẽtate. Veruʒ hoc nulli ex neceẽtate differt ab hoc ɔtingit nulli, ẽ ob id inquit ipſe qđ cõtingit nulli eſt cõcluſum in hoc ſyllogiſmo, ẽ non eſt contingens ſm determinationeʒ, ſed neceẽariuʒ nulli. Eqdem in plus eſt illud nulli ex neceſſitate, q̃ꝫ hoc cõtingit nulli. Et quod hoc ſit oſtẽdemus idẽ ẽ rõnabilius atq; per exẽpla. Eqdem magis ꝑ rationeʒ ſic per ꝓpões, huic cõtingit nulli opponitur hęc neceẽ alicui, ẽ hęc neceẽ non omni (vt dictuʒ eſt) ſępe. Naʒ de quibus illa falſa eſt ipſe vere ſiũt, ẽ ecõtra, ſed huic non neceẽ alicui quod idẽ eſt nulli ex neceſſitate opponitur ſola neceẽ alicui, quare etiam hic de qbus altera falſa eſt, altera vera ſit, ẽ econtra. Si ğ huic cõtingit nulli duę repugnãt ꝓpoſitiones neceẽ, illa ſcʒ neceẽ alicui, ẽ hęc non neceẽ omni, ẽ huic non neceẽ alicui quę ęquiualet huic nulli, ex neceſſitate altera harum ſolum quę neceẽ alicui repugnat, in quibus igiẽ duę propoſitiones, altera. ſ. neceẽ alicui, ẽ alia non neceẽ omni verificãtur, ẽ in eiſdeʒ hęc contingit nulli falſificatur. Sed de qbus neceẽ eſt alicui verificatur, in his ſoluʒ non neceẽ alicui falſificatur, quę ęquiualet nulli ex neceẽtate, in paucioribus igiẽ falſificatur, hęc nõ neceẽ alicui, quaʒ hęc cõtingit nulli, qđ ſi in paucioribus falſificatur hęc nõ neceẽ alicui, in pluribus verificatur. Q ð ꝰo hęc ſola neceẽ alicui repugnat huic non neceẽ alicui, ſed non amplius neceẽ non omni, patet ex qbus etiam ſimul verificãtur in terminis qbuſdam, ceu in ipſo ambulare ẽ animali. Etenim dicere ꝙ non neceẽ eſt alicui aiali ipſum ambulare ineẽ veruʒ eſt. Nã nullum animal ex neceẽtate ambulat, ẽ rurſus dicere ꝙ neceẽ non omni animali ambulare ineẽ eſt verum propter reptilia. Naʒ nullum reptile ambulat, ſic igitur cõmuni ratione oſtẽſum ſit ꝙ in plus ſe habʒ hęc propoſitio nulli ex neceẽtate q̃ꝫ hęc cõtingit nulli. Sʒ oſtẽdetur quoq; exemplis, dico. ſ. per eoſdem terminos, ſcʒ animal, ẽ ambulare. Nam dicere nulli ex neceſſitate animali ineſt ambulare, ẽ verificatur hęc ꝓpoſitio tam de animalibus ambulantibus taʒ etiam de reptilibus. Naʒ minime neceẽariũ eſt his ambulare, ſed illa propoſitio cõtingit nulli animali ambulare nõ eſt vera de omnibus, ſed de ambulantibus, ẽ de reptilibus minime vera eſt, quocirca de quibus contingit nulli, de eiſdem etiaʒ contingit omni verificatur. Si ergo contingit omni de reptilibus eſt falſum, patet quod etiam contingit nulli, itaq; de pluribus verificatur illud neceẽ nulli, q̃ꝫ hoc contingit nulli. Sed poteſt etiam ex duabus affirmatiuis coniugatio oſtendi hoc modo ꝙ non concludãt contingens ſm determinationẽ, ſʒ concludat contingentis dimidiũ, ſupponatur nobis primo hęc deſcriptio.



❡ Si enim a/omni b/ineſt, ẽ b/omni c/contingit ineẽ, igiẽ a/omni c/contingit ineẽ, ſi autẽ hoc falſuʒ, verum erit nõ contingit omni quod ęqualet huic neceẽ non omni. Si ğ a/c/neceſſe nõ omni, ẽ b/omni c/ineſt, mutata contingente, igiẽ a/ipſi b/ineſt non omni, ſed etiam erat omni, igiẽ idem omni ẽ nõ omni, quod eſt impoẽ, igitur eſt falſuʒ hoc non contingit omni, ẽ verũ contingit omni qđ oportebat oſtẽdere. Eſt igitur etiam hic ſimiliẽr oſtẽdendũ, ꝙ cõtingit omni nõ eſt cõtingentis ſm determinationem, ſed dimidium cõtingentis. Nam ſi repugnat huic cõtingit omni velut affirmationi negatio hęc nõ cõtingit omni, ẽ repugnante idem etiam alię duę neceſſarię particulares propoſitiones, alia neceẽ non omni per ſeipſaʒ, vt illi de omni oppoſita, ẽ eideʒ repugnat etiaʒ hęc neceẽ alicui per hãc contingit nulli tãq; ęquiualens ipſi, itaq; cõtinebit hęc nõ contingit omni duas particulares neceẽarię. Nã ſi duę particulares neceſſarię repugnãt huic contingit oĩ; ẽ eidem repugnat etiã non contingit omni, itaq; eadẽ cõtinebit has duas. Rurſus duabꝰ his acceptis in ſyllõ ſuppoſita hac neceẽ nõ oĩ, ĩuenimꝰ aliqđ ipoẽ ſeq, q̃re oppoſitum eidem eſt cõcluſum, ſed hac ſuppoſita neceẽ alicui nullaʒ impoẽ ſequitur, quare nõ concluditur oppoſituʒ eidem. Naʒ ſi nullũ impoſſibile ipſa ſuppoſita ſequitur, patet. Nam ſi a/neceẽ eſt ipſi c/ẽ b/omni c/ineſt, igiẽ a/alicui b/ineſt, ſed erat etiam omni, ẽ nihil põt eẽ ideʒ omni ẽ non omni, igiẽ dũtaxat concluditur oppoſitum huius neceẽ non omni, ſed neceẽ non omni dimidiũ erat huiꝰ nõ contingit omni, igiẽ oppoſituʒ dimidio huius non contingit, eſt cõcluſuʒ, quare etiã in hac coniugatione dimidiũ cõtingẽtis ɔcluditur. Quo igiẽ modo non hoc dixit Ariſto. de hac coniugatiõe, ſed de priuatiua ſola, Quid igitur ad hoc nos dicimus. Dicimus inquã qđ ea dixit q̃ ſibi ſunt cõſentanea. Nam qa velut ɔſequẽs ɔtingentem negatiuaʒ mutauerit in affirmatiuaʒ, ẽ affirmatiuaʒ non amplius in negatiuaʒ ob id dixit de priuatiua, qa concluſio negatiua erat cõtingẽs ſm acceptas hic negationes, dico autẽ cõtingit nulli, ẽ ꝓpter hoc inuenimus eidẽ repugnare duas neceẽarię ꝓpoſitiones particulares, aliam ꝑ ſeipſam, aliam ꝰo ꝑ hanc contingit omni, qa accipimus ęquiualẽtem hãc cõtingit nulli, huic cõtingit omni, quia igiẽ hic inuenimus duas neceſſarię particulares oppoſitas huic cõtingit nulli, ẽ ob id cõtentas ſub eadeʒ negatiua hac non cõtingit nulli, ẽ inuenimus ſolũ oppoſitũ alteri ꝓpõſitionum particulariũ cõcluſuʒ, ꝓpter hoc dicebamus dimidiũ cõtingentis ſolum concludi, ſed qa in ꝑdicatiua ɔiugatione affirmatio cõtingens eſt cõcluſio, ẽ non mutatur affirmatio in negationẽ, pʒ igiẽ quod vnã ſola neceſſaria particularis ꝓpoſitio opponiẽ cõcluſioni quę eſt neceẽ nõ omni, quare hęc nõ cõtingit omni ipſam

ſolū cōtinet, ⁊ ipſa poſita ſeq̄batur aliquod īpoſſe, pꝫ q̄ oppoſitū eidem erit verū, ſed hęc nō eſt dimidiū cōtingentis, ſed totū, ⁊ oppoſita huic, igitur nō erit dimidiū contingentis, merito igit̄ de affirmatiua cōiugatione nō dixit dimidium cōcludi cōtingentis, igitur Phi placitū vt erat p̄ hęc ſignauit. ſꝫ videamus & q̄ dicunt̄ in ꝯtextu.

¶ Non enim contingat, ⁊ b/ponatur ineſſe c, quemadmodum prius, neceſſe itaqꝫ a/alicui eorum, quę b/ineſſe, fit eniꝫ ſyll'us per tertiaꝫ figuram, hoc autem impoſſibile, quare contingeret vtiqꝫ a/nulli c/ineſſe, falſo enim poſito impoſſibile quod accidit.

¶ Cum dixerit cōtingit nulli cōcludi, de hoc facit fidem deductione ad impoſſe, ⁊ ponit oppoſitum cōtradictorię nō cōtingere nulli, q̄a de omni re, vel affirmationem vel negationē eſſe veraꝫ neceſſe eſt. Mutat autē minoreꝫ ꝓpoſitioneꝫ in illā de ineē. Eq̄deꝫ neceſſe eſt a/alicui b/ineſſe, ſed etiam ſupponebatur nulli quod eſt abſurdum, igitur falſa eſt ſuppoſitio non contingit nulli, igitur vera erit oppoſita cōtingit nulli q̄ oportebat oſtēdere.

¶ Hic igitur ſyllogiſmus non eſt contingentis ſm̄ determinationem.

¶ Inq̄t cōcluſionē concluſam nō eē huius cōtingētis q̄le nos a p̄ncipio determinauimus q̄ erat illō q̄ habebat cōuertentē ipſaꝫ nulli cū illa omni, ⁊ hęc ꝯcluſio nō eſt talis. Nā quod nequeat cōuerti cū illa omni, oſtēdimus ſīc ponentes oppoſitū hoc cōtingit omni, dico. f. illud neceſſe omni, ⁊ neceſſe nō omni, ⁊ nulluꝫ abſurdū inuenit̄ ſequi ex eo, vt igit̄ ꝓbemus oppoſitū, quare nō pōt concludi oppoſitū neceē non omni. Si aūt non cōcludit̄, igit̄ non ęquiualet hęc cōcluſio cōcluſa, dico. f. cōtingit nulli huic cōtingit omni, ſed ſm̄ determinationē cōtingēs habebat has propoſitiones ęquiualentes, igitur hęc cōcluſio non eſt ſm̄ determinationem contingentis.

¶ Sed eius/quod eſt nulli ex neceſſitate, hęc enim eſt cōtradictio facte ſuppoſitionis, ſuppoſitum enim eſt a/alicui c ineē, ſyllogiſmus ꝟo ad impoſſe oppoſite eſt dictionis.

¶ Cum dixerit nō eē concluſioneꝫ cōtingentis ſm̄ determinationeꝫ per hęc addit cuius ſit, q̄a nulli ex neceſſitate, ſed quę ſit differētia huius ad hoc cōtingit nulli diximus. Q̄ ꝟo hoc ſit cōcluſuꝫ. inq̄t. manifeſtuꝫ eſt. Nā deductione ad impoſſe volens ꝓbare illud contingit nulli, accipit eiū oppoſitū ipſi hic nō contingit nulli quod eſt ideꝫ cū hoc neceē alicui, in q̄ mutamus ob manifeſtationeꝫ. Supponētes igit̄ illud neceē alicui dicimus aliquod impoſſe ſequi, igitur prorſus neceē eſt, vt oppoſitum huic veruꝫ ſit. f. non neceē alicui, q̄ quidē ideꝫ eſt cū hoc neceē eſt nulli. Nā inq̄t. neceē prorſus eſt quādo ſyllogiſmus p̄ impoſſibile demonſtramus, oppoſitā dictionē. f. ꝓpoſitionē ſuppoſitioni ex qua impoſſe ſequutū eſt, eē verā.

¶ Amplius ⁊ ex terminis manifeſtuꝫ/ꝙ non erit cōcluſio contingens, ſit eniꝫ in quo a/coruus in quo b/diſcurrens/in quo c/homo, nulli itaqꝫ b/a/ineſt, nullum enim diſcurrēs coruus, b/ꝟo omni contingit c, omni eniꝫ homini diſcurrere, ſed a/ex neceſſitate nulli c, non igitur concluſio contingens.

¶ Terminos exponit, q̄bus oſtendit tādeꝫ ꝙ non cōcluderetur cōtingit nulli ⁊ hi ſunt, coruus, diſcurrens, hō. Maior eſt coruus, minor homo. Nam inq̄t. coruus nulli diſcurrenti ineſt, ⁊ diſcurrēs cōtingit omni homini concluditur coruus nulli homini ex neceſſitate, quare hactenus habemus per hęc ꝙ nō cōcluditur cōtingēs, ſed per terminos deinceps oſtēdit ꝙ neqꝫ neceīa eſt ſemꝑ concluſio, niſi quia neqꝫ hic pulchre accepit terminos. Nāꝫ neceſſariaꝫ accepit maioreꝫ nō de ineē ꝓprie. Nam coruus nulli diſcurrēti nō ineſt ſolū, ſꝫ &̄ ex neceītate nō ineſt.

¶ Sed neqꝫ neceſſaria ſemper, ſit eniꝫ a/motum b/ſcientia, in quo autē c/homo, a igitur nulli inerit b, b/ꝟo omni c/contingit, ⁊ nō eſt concluſio neceſſaria, non enim neceſſe nullū moueri hominem, ſed non neceſſe aliquem. Planum itaqꝫ ꝙ concluſio eſt eius/quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe, accipiēdi ꝟo melius ſunt termini.

¶ Cum oſtēderit per aſſumptos prius terminos ꝙ concluſio nō eſt cōtingens, per hęc oſtendit ꝙ neqꝫ neceſſaria cōcluditur, ſit eniꝫ motum ꝙ nulli ſcientię inſit, ⁊ ſcientia cōtingat omni homini ineē, concluditur motū nulli homini ex neceſſitate ineſſe, patet autē ꝙ hic ſcientiaꝫ pro ſciente accipit, q̄a neceſſaria ⁊ nō de ineſſe erit negatio, quare inq̄t. ſi neqꝫ ſemper eſt cōtingēs cōcluſio, neqꝫ ſemꝑ neceſſaria, merito dictū eſt ꝙ eſt ipſius nulli ex neceſſitate, vt prius oſtēſuꝫ eſt. Vbi etiā ipſe cōſentit ꝙ nō pulchre beneqꝫ accepit terminos, cum dicat. Accipiendi ꝟo melius ſunt termini, vnde eos melius acciperemus ſic ambulās, alteratū, aīal. Dico igitur ſic ambulās nulli alterato inſit, ⁊ alteratum cōtingit omni animali ineſſe cōcluditur ambulās nulli aīali ex neceſſitate ineſſe. Non eniꝫ verū eſt dicere nulli aīali ambulans ꝯtingere, q̄a in quibus illud nulli verificat̄, in his etiam omni cōtingit, ſed nō omne aīal ambulat, q̄ūdoq̄dem reptilia nō ambulant, quare ob id nō verificat̄ in his dicere nulli cōtingere, igit̄ ōūrandū eſt, veruꝫ illud nulli ex neceſſitate animali ambulare ineſt. Nam verū etiaꝫ eſt in reptilibus dicere ꝙ nulli ipſorum ex neceſſitate ineſt ambulare q̄ iam ⁊ ante hoc diximus.

¶ Sed ſi priuatiuū ad minorē ponatur extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis q̄dē acceptis ꝓpoſitionibus, nullus erit ſyll'o. Cōuerſa autēꝫ ſm̄ cōtingere ꝓpoſitione, erit quē admodum in prioribus, inſit enim a/omni b, b/ꝟo contingat nulli c, ſic igitur ſe habentib' terminis, nihil erit neceſſarium, ſi autem conuertatur b/c/ ⁊ accipiatur b/omni c/cōtingere/ fit ſyll's/quemadmodum prius, nam cōſimiliter termini poſitione ſe habebunt, ſed eodē modo ⁊ quūꝫ priuatiua extiterint vtraqꝫ interualla, ſi a/b/quidem non inſit, b/ꝟo contingere c/nulli accidit, per ipſa quidē accepta nō fit neceſſarium, ſed ꝓpoſitione conuerſa, quę eſt/ſm̄ cōtingere erit ſyll'o, accipiat̄ enim a/q̄dem nulli coꝝ, quę ſunt b/ineſſe, b/ꝟo contingat nulli c, ꝑ hęc igitur/nihil neceſſarium.

¶ Cum expoſuerit oēs coniugatiōes vtium ſyllogiſmorum, quę habēt minorē ꝓpōnē affirmatiuaꝫ, ⁊ maiorem vel affirmatiuā, vel negatiuā, ⁊ in habētibus contingētis

nibus maiorez cõtingẽtem, ⁊ in his quę habent ſic mino rẽ, nunc ponit eas quę habẽt minorẽ negatiuã. Si ẽ inq̃t. minor fuerit cõtingens negatiua, fit quidem ſyll's ſ; imperfectus. Nõ enim per ſumpta nobis a pncipio, dico. ſ. manente minori negatiua, ſed ipſa trãſmutata in cõtingẽtez affirmatiuã. Si ergo maior affirmatiua eſt de ineẽ, p; q̃ cõuerſa minore fiet cõcluſio talis, ceu fiebat ex duab' affirmatiuis. Q̃ õ ſi maior fuerit etiã negatiua, rurſus conuerſa minore in affirmatiuã cõcluſionẽ habebit hęc coniugatio, ſicut illa ex maiore negatiua de ineẽ, ⁊ minore affirmatiua cõtingẽte, dico. ſ. huius nulli ex neċitate, ⁊ q̃cũq; ſimplr dicuntur ex illis. Hęc etiã in his dicẽtur.

℄ Q: ſi accipiatur b/contingere omni c/qȯ eſt verum, a/b/autem propoſitio ſimiliter ſe habeat/rurſus idem erit ſyllogiſmus.

℄ Q õ quidẽ eſt verũ, nõ hoc inq̃t. qȯ verum eſt negatiuam cõtingẽtem facere contingẽtem affirmatiuam. Naz hoc falſum eſt, ſed hoc inquit. quia veruz eſt poſſe negatiuam in affirmatiuam tranſmutari.

℄ Si ꝟo non ineſſe ponatur b/ipſi c/⁊ nõ contingere non ineſſe/non erit ſyll's nullo modo/ neq; quũ priuatiua, neq; quum affirmatiua fuerit a/b/ ꝑpoſitio. Termini cõmunes q̄ ex neceſſitate inſit/album/animal/nix/q̄ non cõtingat/album/animal/pix.

℄ Q õ poſuit cõiugationes habẽtes minorẽ negatiuã cõtingẽtem, ⁊ maiorẽ de ineſſe, vel negatiuaz, vel affirmatiuã, nunc ponit habẽtes minorẽ negatiuaz de ineſſe, ⁊ maiorem ꝯtingẽtem, vel affirmatiuam, vel negatiuã, ⁊ inq̃t, has eẽ aſyllogiſticas coniugationes. Nam etiã a principio diximus, qȯ in habẽtibus cõtingentẽ in maiore opz etiam quãtitatez maioris ſeruare ⁊ q̃litatez minoris, ſed in habẽtibus maiorẽ de ineẽ, ſolũ ſufficit ſeruare quantitatẽ maioris, q̄a cõtingens negatiua trãſmutatur in affirmatiuã, ⁊ facit ſyllogiſticez cõiugationem, ⁊ illa de ineſſe nõ tranſmutatur in affirmatiuã. Oſtẽdit autẽ has eẽ aſyllogiſticas eo q̄ cõcludunt omni ⁊ nulli. Nã hac ratione ſpecificantur ⁊ deſignãtur inutiles cõiugationes. Sed nos accipiemus terminos magis cõgruentes propoſito. Nã (vt diximus) ipſe aliquãdo terminis vtitur ſecurius. Sint igitur termini cõcludẽdi ipſum omni, album, peripateticũ, cignus, albuz omni vel nulli peripatetico contingat, ⁊ peripateticuz nulli cigno inſit, cõcluditur albuz omni cigno ex neceſſitate. Itẽ termini cõcludendi ipſum nulli, ſimiliter ponantur ⁊ pro cigno ſit coruus, album omni vel nulli peripatetico contingat, peripateticum nulli coruo inſit, cõcluditur album nulli coruo ex neceſſitate.

℄ Planum itaq; q̄ ſi termini vl'es extiterint, ⁊ hęc inexiſtens/illa ꝑpõnum ꝯtingens accipiatur, quãdo ꝑpoſitio/quę ad minorẽ extremitatẽ ꝯtingere accipiatur/ſemꝑ fit ſyll's.

℄ Merito ſiue affirmatiua minor, ⁊ quoniã ſe habebat maior per ſe ⁊ per eaſdẽ ꝑpõnes fiebat ſyllogiſmus, ſiue negatiua rurſus maiore indifferẽte ſm qualitatem, rurſus tranſmutata minori fiebat ſyllogiſmus.

℄ Pręterq̃ q̄ aliquãdo quidem ex ipſis/nõnunq̃ ꝟo ex conuerſa propoſitione.

℄ Illud autẽ ex ipſis, nõ ob id inq̃t, q̄a oſtẽdet recta oſtẽſione. Naz cũcte indigent trãſmutatione cõtingẽtis in ipſum de ineſſe, ⁊ deductione ad impoẽ, ſed dicit, q̄a ſeruatur ꝑpria qualitas, ceu quatenus habẽt minorez affirmatiuã, ſed alię nõ p ſeipſas indigent, ſed mutatę fuerant ex negatiua in affirmatiuaz. Q uid igit. inq̃t, nõne etiã in illis omnibus tranſmutamus cõtingentẽ modũ in illũ de ineẽ, ceu etiã in his negatiuam in affirmatiuã, quare neq; ille per ſeipſas indiguerũt. Sed dicimus qȯ ſicut ſylli in ſecũda ⁊ tertia figure reducti ad pmam figurã, nõ velut habẽtes in ſeipſis neċitaz. Nam nihilominus ⁊ ſi nõ reducti fuiſſent in primã figuraz, habuiſſent ex neceſſitate cõcluſionẽ ſequẽtem, ſed ob id ſoluz reducebantur, vt nobis euidẽtiorem oſtẽſionem p notiora facerent, ſic itaq; aſſero ⁊ in trãſmutatione cõtingentis in ipſum de ineẽ, quod ⁊ ſi nõ mutarẽtur ꝑpoſitiones, nihilominus haberet cõcluſionez cõſequẽtez, ſed q̄a hactenus nobis incerta eſt mixtio neceſſarij ⁊ cõtingẽtis ob id notiorẽ efficiẽs doctrinã mutauit cõtingẽtez in illaz de ineſſe. Verũtamẽ in habẽtibus minorez negatiuam nõ ſimplr ob manifeſtationem doctrinę fit mutatio, ſed quatenus ſeruata negatiua, ⁊ quatenus in ipſa aſyllogiſtica eſt cõiugatio, q̄a non eſt impoſſibile mutare ipſam in affirmatiuam, ſed tranſmutata efficit coniugationem ſyllogiſticam.

℄ Quando autem horum vtreq; ⁊ ob quaz cauſam diximus.

℄ Q õ per ſeipſas oſtendũtur quãdo habuerint minorez affirmatiuam, ſiue de ineſſe, ſiue cõtingẽtez, ⁊ per cõuerſionem, quãdo minor eſt negatiua cõtingẽs, per quã etiã cauſaz, qȯ proprius caracter ſyllogiſticaꝝ coniugationũ eſt in prima figura, vt habeãt minorem affirmatiuam, ⁊ quod negatiua contingens de contingenti, quo ad determinationẽ poſſit mutari in affirmatiuã.

℄ Q: ſi hoc vniuerſalr, illud ꝟo interuallorũ accipiatur in parte, quando qȯ ad maius eſt extremum vniuerſalr ponatur ⁊ contingens ſeu negatiuũ/ſiue affirmatiuũ, qȯ ꝟo in parte affirmatiuũ ⁊ inexiſtẽs erit ſyll's pfectus, quemadmodũ ⁊ vniuerſalr terminis exiſtẽtibus, demõſtratio aũt eadẽ, quę ⁊ prius.

℄ Cum cõpleuerit oẽs coniugationes ex ambabus vniuerſalibus hñtes maiorẽ cõtingẽtem ⁊ minorez de ineẽ, ⁊ ecõtra habẽtes, ⁊ oſtenderit quę ſint in his aſyllogiſticę, ⁊ quę ſyllogiſticę, nunc habẽtes alterã particularẽ exponit. Et primas rurſus exponit habẽtes maiorẽ contingentem. ⁊ alteram de ineẽ, ⁊ dicit qȯ ſi minor affirmatiua fuerit, ⁊ maior negatiua vel affirmatiua, ſyllogiſmus fit, qui quidem fiebat etiã in talibus ꝑpõnibus vl'ibus. i. cõtingens erit cõcluſio. Oſtẽdũtur etiaz hi ſyllogiſmi eadem oſtẽſione, per hoc. ſ. de omni ⁊ nulli. Naz ſi a/omni b/ineſſe cõtingit, ⁊ b/alicui c/ſoluz ineſt, igitur a/alicui c/contingit ineẽ. Naz q̄a a/contingit omni b, igit' omnibus partibus eiuſdẽ contingẽter ineſt, ſed aliquid ipſoꝝ c/eſt pars ipſius, igitur a/alicui/eorum quę ſunt c/cõtingẽter ineſt. Similr autez ſe habet etiaz in negatiua. Termini autem, ſomniãs, peripateticũ, animal. Eq̃dez ſomniãs omni peripatetico cõtingit ineſſe, vel nõ ineẽ, ⁊ peripateticuz alicui aiali ineſt, ꝯcluditur ſomniãs alicui aiali ꝯtigit ineẽ.

℄ Cęterum quãdo vniuerſale quidem ſit ad maius extremuz, ſed inexiſtẽs non cõtingens, alterum ꝟo in parte ⁊ contingens, ſeu negatiue, ſiue affirmatiue ponant' vtreq;, ſiue hęc negatiua, illa affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus.

℄ Coniugationes hñtes modos alternatiz per hęc expo

nit, dico. ſ. habẽtes maiorem de ineẽ, ꝛ minorẽ cõtingẽtẽ, ꝛ vt dixit in cõiugationibus vl'ter que ſic ſe habẽt, quod oẽs ſunt ſyllogiſtice, quouis modo ſe habẽtes ſm qualitatẽ, ſic etiã in his. ingꝛ. ꝛ ſimplr dixit q̃les habebãt pclu ſiones ipſe vl'es coniugationes, eaſdem habebũt etiã cũ illis particulares hñtes ſe ſm qualitatez ſilr. Sed he omnes coniugationes imperfecte ſunt, ceu etiam vl'es, que ſimilr ſe hñt cũ ipſis, q2 nõ oſtẽdunt̃ ꝑ ipſm oı ꝛ nulli, ſꝫ oſtenſione ad impoſſibile omnes indigent.

℄ Preterea ꝙ hi quidẽ per impoſſibile monſtrabuntur, illi vero per cõuerſionẽ eius qđ eſt ꝯtingere, quẽadmoduꝫ in pcedẽtibus.

℄ Oportet addi ꝯiunctionez/et/ꝛ ſic dicere, illi vero ꝛ per cõuerſionez. Eteni qui per cõuerſionẽ oſtẽduntur, etiaꝫ indigẽt oſtenſione ad impoſſe. Oſtẽduntur autẽ per impoſſibile ſoluꝫ hi qui habẽt minorẽ affirmatiuã, vt etiam in vl'ibus. Nam ſi a/omni vel nulli b/ineſt, ꝛ b/alicui c/contingit, dico ingꝛ, qđ cõcluditur a/alicui vel nõ omni c/cõtingere ineẽ. Eqdẽ in hñte maiorẽ negatiuã ẽ illđ nõ oı, ꝛ in habẽte ipſaꝫ affirmatiuã illud alicui. Si autẽ h falſuꝫ eſt, erit vera cõtradictorie oppoſita, ꝛ in affirmatiua illđ ex neceſſitate nulli, ꝛ in negatiua omni, ſed ex ambabus aliqđ impoſſe ſequitur, ꝛ in affirmatiua. Nã ſi a/ex neceſſitate nulli c/ſm ſuppõnez, ꝛ b/alicui c/ineſt. Nam mutabimus rurſus ob occultationez cõtingẽtem in illã de ineẽ, igit̃ a/non omni b/ineſt, ſed erat etiã omni qđ eſt impoſſibile, ꝛ impoſſe ſequutũ eſt, q2 ſupponebat̃ a/nulli c/ex neceſſitate ineſſe, igit̃ hoc eſt falſum, ꝛ verũ erit oppoſitũ ſm omnia tale. ſ. contingit alicui qđ qdem oportebat oſtẽdere. Similr etiam ſe habet in negatiua. Naꝫ dico qđ ꝯcludit a/c/ꝯtigere nõ oı ineẽ. Nã ſi h falſuꝫ erit oppm ſꝫ ois oppm eſt, veꝝ illud. ſ. neceſſe oı, q2 igit̃ a/oı c/neẽ ineſt, ꝛ b/alicui c/ineſt, igit̃ a/alicui c/ineſt, ſed erat ẽt nulli quod impoſſibile eſt, igitur eſt falſum a/omni c/ineſt, ꝛ verum cõtingere nõ omni qđ oportebat oſtendere. Et hi ſyllogiſmi ſoluꝫ per impoſſe ſunt oſtenſi, ſed qui habent minorẽ negatiuã oſtẽdũtur oſtẽſione per impoſſe ꝛ conuerſione. Nam cõuerſa minore ſic fit oſtẽſio per impoſſibile, quẽadmoduꝫ diximus in pcedentibus. Sed notanduꝫ eſt rurſus etiã in his qđ interualla ꝓpõnes vocat, q2 vt diximus, vult aſſimilare his q̃ aguntur a geometris hec que dicuntur de ſyllogiſmis, merito igit̃ vt ꝓpoſitiones habẽt ſimilitudinez cũ lineis vocate ſunt interualla, ceu etiam linee, ſic etiaꝫ ſyllogiſmi habẽtes ſimilitudinẽ cuꝫ figuris. Quocirca vt ille ex lineis, ſic hi ex propoſitionibus componuntur, vocati ſunt figure.

℄ Erit autez ſyllꝰ per cõuerſionem, ꝛ quãdo vl'is ad maius poſita extremum ſignificet ineſſe, aut non ineſſe, que vero in parte priuatiua exiſtens, contingere accipiat, quemadmoduꝫ ſi a/omni quidem ineſt b, aut non ineſt, b/autẽ alicui c/contingit non ineſſe, conuerſa eniꝫ b/c/ſm contingere/fit ſyllogiſmus.

℄ Illud hoc loco/autẽ/ſumẽdũ eſt pro/et. Naꝫ hoc eſt cõcluſio dictoruꝫ. Nam cũ dixerit ꝙ minore exiſtẽte cõtingente negatiue, fit etiã hic ſyllogiſmus, quod idipſm fieri poſſit per hec oſtẽdit, q2 negatiua contingẽtis conuertitur ad affirmatiuã, igitur altera exñte pticulari negatiua in particularẽ affirmatiuã mutata merito fit ſyllꝰ.

℄ Sed quandoqꝫ ſm partem ponitur nõ ineſſe accipiat nõ erit ſyllogiſmus. Termini ꝙ inſit album/animal/nix/ꝙ non inſit/albũ/animal/pix, ꝓ infinitũ nãqꝫ ſumẽda eſt demrõ.

℄ Merito. Nam minime particularis de ineſſe negatiua trãſmutatur in affirmatiuã. Hanc autẽ oſtẽdit, ꝛ inquit, qđ erit ſyllꝰ per indeterminationẽ, vt in ſimplicibꝰ ſyllogiſmis dixit coniugationẽ habẽteꝫ minorẽ particularem negatiuam, qđ oſtenduntur tales eẽ aſſyllogiſtice eo. qđ incerto habet particularẽ negatiuã verum. Naꝫ q2 verificatur, vel per ſeipſam, vel per vniuerſalez negationez, ſed quando per ſeipſam verificaretur, ſubijt ſyllogiſticam coniugationez eo ꝙ poteſt mutari in affirmatiuã, q2 quod nõ omni ineſt, alicui ineſt, ob id ergo abijcit ipſam velut incertã ꝛ indefinitã. Sed quando acceperimus ipſam per vl'em verificãtez, tũc perſpicuuꝫ eſt ꝙ aſſyllogiſtica eſſe oſtẽditur. Nã cõcludit omni ꝛ nulli. Sed termini quos aſſumit non ſunt valde manifeſti ꝛ apti propoſito, quãdoqdem albuꝫ qbuſdaꝫ animalibus ex neceſſitate ineſt, vel nõ ineſt, ꝛ animal rurſus niui, vel pici ex neceſſitate nõ ineſt. Sint igit̃ termini huius omni motũ, albuꝫ, ambulãs, motũ contingit omni albo ineẽ, album inſit nõ omni ambulãti, cõcluditur motũ omni ambulãti ex neceſſitate. Termini ipſius nulli, motũ, albũ, ſtans, motuꝫ contingit omni albo, album, non omni ſtanti ineſſe, cõcluditur motum nulli ſtanti ex neceſſitate.

℄ Si autẽ vniuerſale ad minus ponat̃ extremũ, qđ vero in parte ad maius, ſiue priuatiuũ/ſeu affirmatiuũ, vel ꝯtingens, aut inexiſtens, quocũqꝫ, nullo pacto erit ſyllogiſmus.

℄ Relicte fuerant cõiugationes hñtes maiorẽ particularem ꝛ minorem vl'ez que omnes ſunt aſſyllogiſtice quouis modo ſe habeant cũ modo ꝛ qualitate. Similr autez etiam particulares ambe ſi accepte fuerint, ꝛ ambe indefinite, aut altera particula ꝛ altera indefinita, ꝛ he rurſus quouis mõ ſe habeant ſm hos modos ꝛ qualitatez, oẽs he ſunt aſſyllogiſtice. Sed oſtẽſio huius ꝙ ſint aſſyllogiſtice, hec eſt que etiã dicta eſt in alijs aſſyllogiſticis. Hec autẽ eſt exẽplaris oſtẽſio, inueniuntur autẽ termini ꝯcludentes ꝛ omni ꝛ nulli, ꝛ quibus cõcludebatur ipſm omni, ꝛ nulli, tales aſſyllogiſtice fuerunt cõiugationes ob idefinitatem. Sint igit̃ termini ꝑlurium cõmunes, ꝛ ipſius oı, ſcientia, motuꝫ, grãmatica. Sciẽtia alicui moto cõtingat ineſſe vel nõ ineſſe, ꝛ motum omni vel nulli grãmatico inſit, cõcluditur ſciẽtia omni grãmatico ex neceſſitate ineſſe. Termini nulli ſcientia, motũ, equus, vel ſimplr irrationale alal. Scientia cõtingat alicui moto vel non oı, et motũ inſit omni, vel nulli equo, cõcludit̃ ſcientia ex neceſſitate nulli equo ꝛ in alijs ſimiliter.

℄ Neqꝫ quãdo in parte aut indefinite ponantur propoſitiones/ſeu contingere accipiẽtes/ſiue ineſſe, aut viciſſim, neqꝫ ſic erit ſyllogiſmus, demonſtratio vero eadem, que ꝛ in prioribus. Termini cõmunes/ꝙ inſit ex neceſſitate/animal/album/homo/ꝙ non cõtingat/animal/album/indumentum.

℄ Adduxit hec viciſſim, ſiqdem cõcludens ola de cõtingenti hec dicat, dixit autem viciſſim, qđ alia eſt de ineẽ ꝛ alia cõtingens. Nam cũ diceret ſiue cõtingere accepte ſiue ineſſe ſubiũxit viciſſim, ſi autẽ ꝓxime dicta concluderet, dico. ſ. mixtionẽ de ipſo ineẽ ꝛ contingenti, ſic intelligẽdum eſt illud (viciſſim) ſiue in parte, ſiue indefinite, ſiue viciſſim, ꝓ hoc alia particularis, ꝛ alia indefinita.

¶ Planū itaq; q ſi vniuerſale ad maius po/natur extremū ſemper fit ſyllogiſmus, ſi vero ad minus/nullius vnquā.

¶ Subintelligendū eſt q ſemp fit ſyll'ſ. Atqui ſi maior fuerit vl'is ꝛ minor negatiua de ineē nō fiet ſyll'ſ vt oſtē/ſum eſt. Sed q̄rebatur a nobis nūquid ydem termini ac/cepti ſunt ad oſtēdendū coniugationē habētem minorē particularē negatiuā de ineē maiore exiſtente vl'i cōtin/gente affirmatiua vel negatiua. Si ergo accepti ydē fue/rint, ꝛ minor fuerit particularis affirmatiua de ineē oſtē/dent ipſas cōiugationes eē aſſyllogiſticas. Nā concludēt omni ꝛ nulli ex neceſſitate ſic motū iſit omni albo, albū alicui ambulāti inſit, cōcluditur motū omni ambulanti ex neceſſitate ineē. Item cōcluditur etiā nulli ſic motum omni albo cōtingat, albū alicui ſtanti, cōcluditur motū nulli ſtanti ex neceſſitate, ſimil'r etiā ſi fuerit cōtingēs p/ticularis, eadē ruſus accidēt incōuenientia, quare quo/ad hos terminos oſtēdentur etiam ipſe eē aſſyllogiſticę. Quid ergo dicimus, ſic inq̄ quod ipſe Ph's dixit q op; maiorem ꝑpōnem nō definiri tempore ſub minori, ſed definitur tempore quoties medius terminus excedit ma/iorē, ꝛ hic excedit igit' medius terminus maiorē. Nam ſi albū quod eſt medius terminus ꝑdicatur de ambulante ꝛ ſtante, ꝛ motū eſt maior terminus qui de ſolo ambu/lante ꝑdicatur, ꝛ nō amplius de ſtāte, patet qō in plus eſt medius terminus q̄ ipſe maior terminus. Si aūt hoc ad/mittitur maior ſit particularis ꝑpoſitio, ꝛ particulari exi/ſtente ſit aſſyllogiſtica cōiugatio, quare merito concluſit omni ꝛ nulli. Sic igit' affirmatiua exiſtēte minore dicit', ſi vero negatiua fuerit, non amplius definitur determina/tur q; maior ſub minore ſuperexcedente medio maiorem. Nā ſi dicimus albū nulli ambulāti ineē, neq; ſtanti, qa negatur ab ipſis ꝛ nō ꝑdicatur, ob id nō erit in plus quā maior, patet igit' q coniugatio hēs minorē particularē negatiuā, ꝛ maiorem vl'em, ob hoc quia habet minorē particularem negatiuam de ineſſe ſolū aſſyllogiſtica eſt, ꝛ non quia maior non determinatur tempore. Nā neq; determinatur, vt diximus.

MISTIO NECESSARIAE ET CONTIN/GENTIS IN PRIMA FIGVRA, CAP. X.

Quum vero hęc quidem propoſitio/num ex neceſſitate ineſſe/aut nō in/eſſe, hęc autem cōtingere ſignificet, ſyll's quidem erit, eodem modo ſe habentibus terminis ꝛ perfectus quādo ad minorē extremitatē ponatur neceſſarium.

¶ Cum diſſeruiſſet de mixtionibus contingētis ꝛ ipſius ineſſe in ꝑma figura, ꝛ oſtēderit quę ſint ipſarum ſyllo/giſticę, ꝛ quę aſſyllogiſticę, nūc cōuertitur ad mixtionem neceſſarij ꝛ cōtingentis, ꝛ inq̄t. in his etiā fieri ſyllogiſti/cas coniugationes, ſimil'r ſe habēte ordine terminorum, vt ſe habuit in mixtione cōtingētis ꝛ ipſius de ineſſe, di/co. ſ. maiore exiſtēte neceſſaria, ꝛ minore cōtingēte, quo/uis mō ſe habuerint ambę ſm qualitatē. Nā ꝛ minor ne/gatiua ſi fuerit, nihilominus ſyllogiſtica erit coniugatio mutata ipſa in affirmatiuā, qa ꝯtingens eſt. Quod ſi ma/ior ꝯtingēs fuerit, ꝛ minor neceſſaria, ꝛ in maiore ſimil'r quale eſt indifferens, ꝛ in minore non amplius erit, ſ; ſo/lū op; ipſam eē affirmatiuā, vt euadat ſyllogiſtica.

¶ Concluſio vero/ſi termini fuerint prędicati/ui/erit eius qō eſt cōtingere ꝛ non eius quod eſt ineſſe/ꝛ vniuerſal'r ꝛ non vniuerſal'r poſi/tis, ſed quū hoc quidē affirmatiuum ſit, il/lud vero priuatiuū, quādo affirmatiuū qui/dem neceſſarium ſit eius, qō eſt cōtingere ꝛ non eius qō eſt non ineſſe, quā vero priuatiuū ꝛ eius/qō eſt contingere non ineſſe/ꝛ nō in/eſſe, ꝛ vniuerſalibus ꝛ non vniuerſalib9 ter/minis exiſtentibus.

¶ Vt in mixtione de ipſo ineē ꝛ cōtingenti differētes cō/cluſiones fiebāt, ꝛ aliquādo ſm determinationē cōtingē/tis, ꝛ aliquādo aliter, ſic etiā in his inq̄t. quod ſi fuerint ambę affirmatiuę, vel maior negatiua contingēs, qō con/cluſio erit contingentis ſm determinationē, ſed quando maior negatiua non amplius eſt neceſſe, vt concluſio ſit contingētis ſm determinationē, ſed illius q cōcurrit cū ipſo de ineſſe Perfecti autē ſiūt ſyllogiſmi in omni mi/xtione qui habēt ꝑpoſitionem minorem neceſſariā af/firmatiuā, ꝛ maiorem negatiuā, vel affirmatiuam cōtin/gētem, ſil'r etiā particulares ſe habent, quoad ꝯnes ꝛ pfe/ctionē, vt etiā ſe habēt vl'es coniugationes.

¶ Contingere autem in concluſione eodē pa/cto accipiendum/quo ꝛ in prioribus.

¶ Q ois dixit qō quando priuatiua neceſſaria fuerit, erit etiam cōcluſio de ipſo cōtingere nō ineſſe, ꝛ non de ipſo ineſſe, ob id ſubiūxit, qō op; hic accipere contingēs nō ſm determinationē, ſed quēadmodum etiā prius cōcur/rens cum quodā alio. i. cum ipſo de ineē. Nā contingēs ſimpliciter prędicatur etiam de ipſo ineſſe.

¶ Eius vero/qō eſt ex neceſſitate non ineē/non erit ſyllogiſmus. Alterū enī eſt nō ex neceſſi/tate ineſſe ꝛ ex neceſſitate non ineſſe.

¶ Cū dixerit q cōcluſiones deducte, vel ſunt de cōtin/genti ſm determinationē, vel de cōtingēti cōcurrēte cū ipſo de ineſſe, in his ſubiūgit q nullo modo fit ſyll's ip/ſius ex neceſſitate non ineē, igit' nullo pacto erit ſyll's de neceſſario. Deinde cū dixerit q ex neceſſitate nulli non fit ſyll's, quia ſuperius dixit, quod illud nō ex neceſſitate ineſſe idē eſt cum cōtingente, ob id in his infert quod al/terum eſt ipm ex neceſſitate ineſſe, ꝛ ipm non ex neceſſi/tate ineſſe. Nā ex neceſſitate nō ineſſe, nullo pacto nūſ/quā ſignificat ipſum ineſſe, quod etiam hic dicimus nō concludi. At illud non ex neceſſitate ineſſe eſt q̄dem de ineſſe, ꝛ non neceſſario ſed contingenter negatum.

¶ Qō itaq; ſi termini affirmatiui extiterint/nō ſit concluſio neceſſaria/planum, inſit nāq; a/omni b/ex neceſſitate b/ꝯtingit omni c. Erit vtiq; ſyll's imperfectus q a/contingit omni c/ineſſe, q autem imperfectus ex demonſtra/tione manifeſtum, nam eodē monſtrabitur pacto/quo ꝛ in prioribus.

¶ Hinc deinceps exponit cōiugationes mixtionis ex ne/ceſſario ꝛ cōtingenti, ꝛ oſtēdit q in nulla iſtarum neceſſa/ria cōcluditur cōcluſio, ſed illa quā prius accipiendo di/xit. Et prius exponit coniugationē ex duabus vl'ib9 affir/matiuā, cuius maior eſt nec'ia, ꝛ minor cōtingens, ꝛ inq̄t. quod cōtingens vl'is affirmatiua concluditur cōcl'io. Sit enim inq̄t. a/omni b/ex neceſſitate, ꝛ b/omni c/cōtingen/ter, dico qō a/omni c/ꝯtingit. Si aūt hoc falſū eſt, erit op/poſitum cōtradictorię verū. ſ. non cōtingit omni, qō idē eſt cū hoc neceſſe non omni. Cū igit' a/omni b/ex neceſ/ſitate ineſt, ꝛ c/nō omni, fit ſecūda figura ex ambabus ne.

ceſſarijs, ⁊ cõcludit b/ipſi c/ex neceſſitate nõ omni, ⁊ ſuppoſitũ fuerat etiam nõ omni cõtingere, qđ eſt impoſſibile, ⁊ impoẽ ſequutũ eſt, quia ſuppoſuimus a/ipſi c/nõ contingere omni/igiẽ hoc eſt falſum, ſed huic cõtradictorię oppoſitũ eſt cõtingit omni, qđ oportebat oſtendere. Sed pꝫ qđ imꝑfectus eſt ſyllogiſmus iſte, ſiqdem ꝑ impoſſibile oſtenſus ſit, q2 dimidium contingentis concludit, q̃ñquidẽ neceſſe nõ ol ſolo ſuppoſito ipoẽ ſeq̃bař.

¶ Rurſus a/contingat omni b/ineſſe, b/xo oi c/inſit ex neceſſitate erit vtiqꝫ ſyllogiſmus ꝙ a/omni contingit c/ineſſe, ſed nõ ꝙ ineſt/ ⁊ ꝑfectus, non autem imperfectus, ſtatiꝫ nãqꝫ ꝑficitur per ꝓpoſitiones/quę a principio.

¶ Hic aſſignat ſcđam coniugationẽ ex duabus vlib9 affirmatiuis, ⁊ eaꝫ quę hꝫ minorem neceſſariã, ⁊ ingt hanc etiam contingere omni concludere oſtẽſione recta, iccirco etiã ingt eſſe ſyllogiſmũ perfectuꝫ. Nã cũ omni b/contingat, igiẽ omnibus eiuſdem cõtingenter ineſt, ſed inter partes ipſius b/eſt c, igiẽ a/omni c/contingẽter ineſt, ⁊ in hac cõcluſione ↄtingens ſm determinationẽ ↄcludiẽ.

¶ Si autẽ non conſimilis figurę propoſitio nes extiterint/ſit primũ priuatiua neceſſaria, ⁊ a/nulli contingat coꝝ/quę b/ex neceſſitate, b/xo oi c/contingat, neceſſe eſt a/nulli c/ineẽ, ponatur enim ineχiſtẽs/aut omni/aut alicui/ b/xo ſupponebaẽ nulli contingere, q̃m̃ itaqꝫ conuertiẽ priuatiuũ/ ⁊ b/nulli contingit a, a/ xo omni c/aut alicui poniẽ ineſſe, quare nulli aut nõ omni c/ↄtingeret b/ineẽ, ſupponebaẽ autem a principio omni contingere.

¶ Cum diſſeruiſſet de affirmatiuis mixtionibus ex ambabus vlibus, nunc de his quę ſunt diſſimilis figurę diſputat, ⁊ vt in his quę ſunt ꝓpõnes ſimiles figura ponebat illam ex maiori nečia, ſic etiaꝫ in his facit, ⁊ ingt, qđ ſi maior fuerit neceſſaria negatiua vlis ⁊ minor vniuerſalis affirmatiua cõtingens, cõcluſio ſit vlis negatiua de ineſſe. Nam ſit a/ex neceſſitate nulli b, ⁊ b/omni c/contingat, dico (ingt) ꝙ a/nulli c/ineſt. Nã ſi hoc falſuꝫ, ſit ergo oppoſitũ contradictorię veruꝫ, hoc. ſ. ineχiſtẽs alicui, vel illud cõtrariorũ nulli, ineſt omni, cũ igiẽ a/ex neceſſitate nulli b, nulli etiã b/a/ex neceſſitate inerit, ſed a/etiaꝫ oi vel alicui c/ineſt ſolũ, cõcluditur b/ipſi c/vel nulli vel nõ omni ex neceſſitate, ſed ſuppoſitũ fuerat etiã omni contingere, qđ eſt impoſſibile. Sed ſciẽduꝫ eſt qđ impoſſibile ſequebaẽ hic, q2 vult Ariſt. in mixtione neceſſarię ⁊ ipſius de ineẽ cõcluſionẽ ſequi maiorẽ ꝓpõnem, ſed ſi ſuppoſuerimus ipſaꝫ deteriorẽ ꝓpõnem ſequi, vt oſtenſum eſt ſuperius, nõ ſequetur aliqđ īpoſſibile. Naꝫ erit b/ipſi c, vel nulli ineχiſtẽs, vel nõ omni, ſed ſuppoſitum fuerat etiã omni cõtingere, ⁊ nulluꝫ eſt impoẽ. Nã etſi nulli eorum quę ſunt c/ineſt ipſm b/poſſumus dicere ꝙ contingẽter oĩbus ineſt. Similr̃ etiã ſi quibuſdã ineſt, ⁊ qbuſdam non põt, cõtingẽter omnibus ineſt. Sic igiẽ non ſeq̃baẽ impoſſibile. Verũ Ariſto. ſequẽdo ꝓprias ſuppõnes, dico. ſ. q2 vult cõcluſiones ſequi maiorẽ ꝓpoſitiones merito cõcludit impoẽ. Sciendũ autẽ qđ non ſolũ ſi a/ipſi c/omni ineſſe ſuppoſuerimus, impoẽ ſeqtur, ſed etiaꝫ ſi idem eidẽ ex neceſſitate omni vel alicui ſuppoſituꝫ fuerit, nihil minus ſequetur impoẽ. Nam ſit in eiſdẽ terminis a/ipſi c/ex neceſſitate omni vel alicui ineẽ, quia igitur a/ipſi b, nulli neceſſe ſupponitur, ⁊ b/ipſi a/nulli ex neceſſitate inerit, ſed a/omni c/ex nečitate, vel alicui ſuppoſitũ fuit, ſit ergo pma figura, ⁊ cõcluditur b/ipſi c, nečẽ nulli vel non omni, ſed ſupponebaẽ etiam contingit omni ꝙ eſt impoẽ. Item ſuppoſitũ fuit cõtingit omni c/a/ineẽ, ⁊ ſic impoſſibile ſeq̃tur. Naꝫ ſupponatur a/omni c/contingere. Cũ igitur ſuppoſitũ ſit etiã b/omni c/ↄtingere, igiẽ a/alicui c/contingit ineſſe. Nam ſic cõuertitur. Si ergo a/omni c/ↄtingit, ⁊ c/alicui b/cõtingit, ⁊ a, igitur alicui b/cõtingeret ineẽ. Nam ſit pma figura, ⁊ ſuppoſitũ fuit etiam ex nečitate nulli b/a, qđ eſt impoẽ. Si ergo ⁊ his ſuppoſitis impoẽ ſequutuꝫ eſt, erũt ipſis oppoſita vera, ⁊ accidet nõ ſolum ineẽ nulli cõcludi, ſed etiaꝫ hoc nõ nečẽ oi, vel nõ neceſſe alicui, ⁊ nõ contingit omni. Quid igiẽ ad hęc dicimus, illud inq̃ã qđ etiã ſuperiorib9 diximus qđ ex his omnibus impoẽ ſequutũ eſt nõ ꝓpter modos, ſꝫ ꝓpter qualitatẽ, quoniã ſuppoſito nulli ineẽ oppoſitum eſt affirmatiuũ, vel cõtradictorię particulare, vel contrarię vniuerſale. In his igitur oĩbus ſuppõnibus ideꝫ affirmatiuũ ſumptũ eſt, merito idem cõcluſit impoſſibile.

¶ Sed manifeſtuꝫ ⁊ quoniã eius qđ eſt contingere non ineſſe/efficitur ſyllogiſmus, ſiquidem ⁊ eius/qđ eſt non ineſſe.

¶ Oſtẽdens in dicta coniugatione Phs ꝙ cõcluſio cõcluditur ipſius nulli ineẽ, nunc notat qđ etſi ipſm ineſſe nulli cõcluditur, perſpicuũ eſt, quod etiam contingere nulli concludiẽ, ſed cõtingens nõ ſm determinationẽ, ſꝫ ſimpliciter cõtingẽs ꝙ ꝓdicatur etiaꝫ de ipſo ineſſe.

¶ Rurſuꝫ ſit affirmatiua ꝓpoſitio neceſſaria/ ⁊ a/contingat nulli b/ineſſe, b/xo omni c/inſit ex neceſſitate, ſyllogiſmus itaqꝫ erit ꝑfectus, ſed non eius, quod eſt non ineſſe/ſed eius qđ eſt contingere non ineſſe.

¶ Supponẽs maiorem ꝓpõneꝫ nečiaꝫ negatiuã, ⁊ oſtendens de ineẽ cõcluſaꝫ ↄcluſionem negatiuã, cõuertit nũc ordinem ꝓpõnuꝫ, ⁊ ſupponit maiorẽ ꝓpõnem cõtingentem negatiuã, ⁊ minorẽ nečiaꝫ affirmatiuam. Et ingt cõtingentẽ negatiuam vlem cõcludi cõcluſionẽ cõtingẽtis ſm determinationẽ, ⁊ non cõtingẽtis ꝓdicati de ipſo ineſſe. Et hoc oſtẽditur deductione ad impoẽ. Verũ oſtẽdet oſtenſione directa per ſolum id de nullo, ideo etiam perfectus eſt ſyllo. Naꝫ q2 a/nulli coꝝ quę ſunt b/contingit, igitur ab omnibus partibus eius contingẽter ſeparatum eſt, ſed vna partium ipſius b/eſt ipſuꝫ c. Nã oi c/ipſꝫ b/ex nečitate ineſt, igiẽ a/nulli c/contingit ineſſe.

¶ Nãqꝫ propoſitio ſic accepta fuit/quę eſt a maiori extremo, ⁊ ad impoſſibile non eſt ducere, ſi enim ſupponatur a/nulli c/ineſſe, poſitum eſt autem ⁊ b/nulli contingere ineſſe/nihil accidit propter hęc impoſſibile.

¶ Cauſam inducit ꝓpter quaꝫ ꝓdicta cõiugatio cõcludit cõcluſionẽ cõtingentẽ, ⁊ non de ineẽ, ⁊ ingt, qđ primuꝫ B patet ex ipſo de omni ⁊ nullo. Nam hoc eſt ꝓpoſitio ſic accepta a maiori extremitate. Scđm ꝙ nõ ↄtingit nobis vt in ea cõiugatione quę ecõtrario ſe hꝫ, vti deductione ad impoẽ ad oſtẽdendaꝫ cõcluſionem nulli ineẽ. Nam ſupponaẽ a/nulli coꝝ quę ſunt b/cõtingenter, ⁊ b/omni c/ex neceſſitate, dico ꝙ non eſt poſſibile oſtendere deductione ad impoẽ, a/nulli c/ineſſe. Nam ſupponatur oppoſitũ cõtradictorię quod eſt ineẽ nulli, vt ſi hoc ſequaẽ impoẽ, dicemus nulli ineſſe cõcluſum de ineſſe, q2 igiẽ b/omni c/neceſſe eſt ineſſe, ⁊ c/alicui b/ex neceſſitate ineſt. Si

eſt. Si ergo a/nulli c/ineſt vt ſuppoſitio, ⁊ c/alicui eorũ q̃ ſunt b/ex neceſſitate, fit etiã prima figura mixtiõis de ipſo ineſſe ⁊ neceſſario, igit̃ a/nõ omni b/inerit, ſed ſupponebatur etiã nulli ↄtingere, qḋ nõ eſt impoſſe, nec igit̃ ꝑ impoſſibile oſtenditur ineſſe nulli concluſum.

¶ Si vero ad minus extremum ponatur priuatiuum, quando contingere quidem ſignificet, ſyllogiſmus erit per conuerſionem/quemadmodum in prioribus.

¶ Supponens maiorem negatiuam in præceptis coniugationibus, ⁊ minorem affirmatiuã, nunc ecõtra ſupponit, ⁊ inquit. ꝙ ſi minor negatiua fuerit, quando contingens fuerit maiore, videlicet exiſtente neceſſaria ⁊ indifferente ſm qualitatem fit ſyllogiſmus mutata negatiua contingente in affirmatiuam, ⁊ ↄcluſiones tales erũt, quales etiam prius fuerunt in ſimilibus coniugationibus, itaq; minore exiſtente contingente negatiua ⁊ maiore neceſſaria/vel affirmatiua/vel negatiua mutata cõtingente negatiua in affirmatiuam, planum eſt ꝙ eędẽ rurſus fiunt coniugationes, quare etiam eędem concluſiones ⁊ ędem modi demonſtrationis cum ſuperiorib9, dico ſcilicet cum his quę habent maiorem neceſſariam affirmatiuã/vel negatiuã, ⁊ minorẽ ↄtingẽtẽ negatiuã.

¶ Sed quando non contingere/non erit.

¶ Merito. Nam ſi neceſſaria negatiua fieret minor, ſolueretur proprium primę [illegible] rę cum non habeat minorem affirmatiuam. Verum amplius non poteſt mutari negatiua neceſſaria in affirmatiuam.

¶ Neq; quando ambo ponantur priuatiua/non fit autẽ contingens/quod ad minus, termini vero ĩdẽ eius/qḋ eſt ineſſe/albũ/aial/nix, non inexiſtendi/album/animal/pix.

¶ Ambabus, inquit, ppoſitionibus negatiuis acceptis, ſi minor non fuerit contingens per eandem rurſus cauſam ſyllogiſtica fit coniugatio. Nam rurſus mutatur negatiua in affirmatiuam, ſed ſi neceſſaria fuerit minor nõ amplius. Exponit terminos concludentes omni ⁊ nulli, quos quidem adiecit etiam in mixtione ipſius de ineſſe ⁊ contingentis. Naz album ex neceſſitate omni niui, ⁊ nulli pici. Aſſumemus autem rurſus terminos ⁊ in his meliores, quos quidem etiam in illis accepimus, exemplum de omni album contingit nulli equo, ⁊ equus nulli cigno ex neceſſitate, albũ ex neceſſitate omni cigno. Exẽplum nulli, ſi pro cigno coruum acceperimus. Nam album contingit nulli equo, equus vero nulli coruo ex neceſſitate, ⁊ album ex neceſſitate nulli coruo.

¶ Cęterum eodem pacto ſe habebit ⁊ in ſyllogiſmis in parte, nam quum priuatiuum ſit neceſſarium ⁊ concluſio erit eius quod eſt non ineſſe, veluti ſi a/nulli eorum/ quę ſunt b/ contingit ineſſe neceſſe eſt a/alicui eorũ/quę ſunt c/non ineſſe, ſi enim omni ineſt, nulli vero b/contingit, ⁊ b/nulli a/contingit ineſſe, quare ſi a/quidem omni c/ineſt, b/vero nulli a/ipſum b/nulli eorum, quę c/contingit. Aliter/quare ſi a/omni c/ineſt, b/nulli eorum quę c/contingit, verũ ſuppoſitũ fuerat alicui ↄtingere.

¶ Cum expleuerit ſermonẽ de mixtionibus ex propoſitionibus vniuerſalibus vtriſq; deinceps trãſit ad eas quę habent alteram particularem, ⁊ breuiter dicit quomodo ſe habebant vniuerſales, eodem etiam modo ſe habent ipſę particulares ſm ipſas cõcluſiones, ⁊ modos demõſtrationum, ⁊ ſolo vniuerſali ⁊ particulari diſcrepãt. Exponit autem coniugationes diſſimiles figuræ primas in quibus differẽtia concluſionũ fiebat. Naz alię contingẽtem concluſionem concluſerũt, alię vero de ineſſe, vt ſm continuationem ꝑficeret ſermonez de his quę ſunt figura diſſimiles. Primas autẽ exponit concludẽtes ipſum de ineſſe, ⁊ inquit, quod quãdo alterũ fuerit priuatiuum neceſſarium, ideſt quando maior neceſſaria fuerit negatiua vniuerſalis. Naz diſſimilibus exiſtentibus figura ꝑpoſitionibus in prima figura, neceſſe eſt vt maior ppoſitio ſit negatiua, rurſus altera exiſtẽte particulari, ⁊ altera vniuerſali, neceſſe eſt maiorem eſſe vniuerſalem, q̃re hoc inquit. quia in his quę ſunt diſſimiles figura coniugationes ⁊ habẽt alteram particularẽ, quãdo maior fuerit neceſſaria. vz. negatiua exiſtẽs ⁊ vľis, ⁊ minor cõtĩgẽs particularis affirmatiua cõcluſio de ineſſe erit, ⁊ nõ contingens ſm determinationem, vt oſtenſum eſt etiam in alijs vniuerſalibus coniugationibus. Nam ſit a/ex neceſſitate nulli b/ineſſe, ⁊ b/alicui eorum quę ſunt c/contingat ineſſe, dico (inquit) ꝙ a/alicui c/non ineſt. Nam ſi hoc falſum, erit verum contradictorię oppoſitum .ſ. ineſſe omni, quia igitur a/ipſi b/ex neceſſitate nulli, ⁊ b/ipſi a/ex neceſſitate nulli. Nam conuertitur, Si ergo b/ipſi a/ex neceſſitate nulli, ⁊ a/ipſi c/ineſt oĩ, vt ſuppoſitio vult, fit igitur prima figura mixtionis ex ipſo de ineſſe, ⁊ neceſſario. Verum in tali mixtione ſm Ariſtotelem cõcluſio ſequebatur maiorem propoſitionez, igitur b/nulli c/ex neceſſitate ineſt, ſed ſupponebatur ⁊ alicui contingere ineſſe, quod quidem eſt impoſſibile, ſed impoſſibile ſequebatur, quia ſupponebamus nos a/ipſi c/omni ineſſe, igitur falſum eſt hoc, igitur eſt verum contradictorię oppoſitum non omni ineſſe, quod oportebat oſtendere. Similiter etiam ſi ſuppoſuerimus minorem contingentem particularem negatiuam, vt coniugatio fiat ex ſimilibus figura propoſitionibus vtriſq; negatiuis, eadem rurſus fit concluſio, quia eadem rurſus coniugatio fit mutata negatiua ꝑticulari in ꝑticularẽ affirmatiuã.

¶ Sed quum particulare affirmatiuũ/quod eſt in ſyllogiſmo priuatiuo neceſſariũ ſit, vt b/c, aut vniuerſale in prędicatiuo, vt a/b/non erit eius/qḋ eſt ineſſe ſyllogiſmus. Demonſtratio vero eadem quę ⁊ in prioribus.

¶ Cum dixerit ex particularibus quaſdam coniugationes concludere ipſum de ineſſe, nunc de ipſis concludentibus contingentem concluſionem differit. Quid igitur inquit: quod quoties in ſyllogiſmis contrarię dictionis minor propoſitio affirmatiua exiſtens neceſſaria fuerit, maiore. vz. ↄtingẽte exiſte vľe negatiua, nõ cõcludit̃ ↄcľo de ineẽ ſʒ nec̃ia. Oñdit̃ aũt ſicut ẽt vľis coniugatio, cũ ſilr habeat oſtẽſionẽ directã, ꝑ ſolũ ipʒ de oĩ ⁊ ipſum de nullo. Nam quia a/ipſi b/contingit nulli, igitur ab omnibus partibus eiuſdem contingenter ſeparatum eſt, ſed inter partes ipſius b/eſt ipſum c, igitur a/alicui eoꝝ quę ſunt c/ↄtingẽter non ineſt. Silr aũt (ingt) etiam in ſyllõ ꝑdicatiuo .ſ. in eo q fit ex ambab9 affirmatiuis ppõnib9, ſi vľis ppõ nec̃ia fuerit .ſ. maior nõ inexiſtẽs rurſus ſʒ ↄtingẽs eſt ↄcľo, hoc aũt ꝑ impoſſe oſtẽdit̃, ſicut etiã in vľi coniugatione ſe habente ſimiliter cum illa. Nam ſit a/omni b/ex nec̃itate, ⁊ b/alicui eoꝝ q̃ ſunt c/ↄtingẽter, cõcludit̃ ingt ꝙ a/alicui eoꝝ q̃ ſunt c/ↄtigẽter ineſt. Nam ſi hoc falſuz erit veꝝ ↄdictorię oppoſitũ nõ cõtingit alicui quod idez eſt huic neceſſe nulli, quia igitur

a/ipſi c/ex neceſſitate nulli, ⁊ ipſi b/omni ineſt, fit ſecunda figura ex ambabus neceſſarijs maiore negatiua, et concluditur b/ex neceſſitate nulli eorum quę ſunt c, ſed erat etiam contingit alicui, quod eſt impoſſibile, ⁊ impoſſibile ſequebatur, quia ſupponebatur ꝙ a/alicui c/non contingit, igitur falſum eſt hoc ⁊ verum contingit alicui qđ oportebat oſtendere, ſed manifeſtum eſt etiam hic qđ dici poteſt quod dimidium contingentis ꝯcluditur.

¶ Si autem vniuerſale ponatur ad minus extremum/aut affirmatiuum/aut priuatiuum contingens, quod autem in parte neceſſariū ad maius extremum/non erit ſyllogiſmus. Termini eius/quod eſt ineſſe ex neceſſitate/animal/album/homo, non inexiſtendi autem animal/album/indumentum.

¶ Exponens coniugationes quę ſunt ex altera vniuerſali, ⁊ altera particulari habentes maiorem vniuerſalem, ⁊ oſtendens quę ſint in his ſyllogiſticę, ⁊ quę aſyllogiſticę, nunc exponit habentes ſe cōtrario modo ſm quātitatem, dico ſcilicet maiorem particularem ⁊ minorem vniuerſalem, ⁊ has omnes inquit eſſe aſyllogiſticas. Nā omiſit maior propriũ primę figurę, dico ſcilicet vniuerſale. Et quum dicit, vel contingens ponitur pro hoc, ⁊ contingens. Nam primas exponit aſyllogiſticas habentes minorem contingentem. Concludunt nāq; ipſe ſ̄m oī ⁊ nulli. Nam animal omni homini ex neceſſitate ⁊ indumento nulli, rurſus vero accipiantur melius longe termini animal alicui albo ex neceſſitate, album contingit nulli, vt omni equo, ⁊ animal ex neceſſitate omni equo inerit. Termini nulli ſi pro equo acceperimus indumentum, animal alicui albo ex neceſſitate, album contingit nulli vel omni indumento eſſe, ⁊ animal ex neceſſitate nulli indumento inerit.

¶ Quum vero vniuerſale neceſſarium ſit, quod autem in parte/contingens/vniuerſali exiſtēte priuatiuo. Termini eius/ quod eſt ineſſe/animal/album/coruus/non inexiſtendi animal/album/pix. Si vero affirmatiuum fuerit animal/album/cignus, eius vero quod eſt non contingere/animal/album/nix.

¶ Mutat per hęc ordinem modorum, minori tribuendo neceſſarium, ⁊ maiori contingens. Nam ipſe omnes quouis modo ſe habuerint ſm qualitatem omnes ſunt aſyllogiſticę. Nam ipſe concludunt omni, ⁊ nulli ex neceſſitate per terminos quos ipſe exponit.

¶ Neq; quando indefinite accepte fuerint ꝓpoſitiones/aut vtręq; ſm partem, neq; ſic erit ſyllogiſmus, termini cōmunes/ inexiſtēdi/animal/album/homo, non inexiſtendi/animal/album/inanimatum.

¶ Hę complectuntur in prima figura cōiugationes, quę omnes aſyllogiſticę ſunt. Nam ex ambabus particularibus aſyllogiſticę maiore nō ſe habente vniuerſaliter, ⁊ hę coniugationes ex indefinitis ambab⁹, quocirca ſm Ariſtotelem indefinite ęquiualent particularibus abundantia probandi terminos cōmunes affert qui concludunt omni ⁊ nulli, animal ineſt albo, vel alicui ex neceſſitate/vel contingenter, ⁊ album homini ineſt/vel alicui ex neceſſitate vel contingenter, cōcluditur animal omni homini ex neceſſitate, ⁊ rurſus ſimiliter ſe habentibus propoſitionibus animal nulli animato ex neceſſitate.

¶ Nāq; animal alicui albo/⁊ album inanimato alicui/⁊ neceſſarium ineſſe, ⁊ non cōtingit ineſſe, ⁊ in eo/quod eſt contingere conſimiliter, quare ad omnia termini ſunt vtiles.

¶ Vult per hęc oſtendere quomodo dicti termini pariter in omnibus accōmodātur nobis vſuiq; ſunt quibus exponit coniugationes particulares ⁊ indefinitas, ⁊ hoc oſtendit, quia inquit dici poſſe alicui albo ex neceſſitate ineſſe, ceu in cigno vel ſcithę, quare per hęc quod queat propoſitio maior neceſſaria affirmatiua accipi, qđq; negatiua patet. Nā dicimus aīal nō omni albo ex neceſſitate ineſſe, ceu in niue, ſic igitur oſtenſum eſt ꝙ poſſit maior propoſitio particularis exiſtens accipi neceſſaria affirmatiua ⁊ negatiua. Similiter etiam minorem oſtendemus. Nam dicimus album alicui albo, ceu ſcithę, inanimatū ex neceſſitate ineſſe poteſt niui, ⁊ ex neceſſitate nō omni animato ineſſe. Nam neq; in ebeno, ſic igitur eſt accipere ambas affirmatiuas ⁊ negatiuas, ſimiliter quoq; ⁊ contingenter poteſt accipi. Nam animal alicui albo contingit, ceu Socrati, ⁊ non omni contingit. Nam neq; in ceruſa, ⁊ rurſus album alicui inanimato contingit ceu lapidi, ⁊ alicui non contingit. Nam neq; ebeno vel homini contingit alicui ⁊ non cōtingit, Socrati ⁊ ęthiopi, verbi gratia, quare quouis modo accepte fuerint ipſe propoſitiones aſyllogiſticę ſunt, ⁊ non contingit ineſſe pro hoc non neceſſe ineſſe.

¶ Planum itaq; ex dictis/ꝙ terminis ꝯſimiliter ſe habentibus/⁊ in eo/qđ eſt ineſſe/⁊ in neceſſarijs fit ⁊ non fit ſyllogiſmus.

¶ Cum dixerit quomodo fit deceptio, nunc vult dicere ꝙ ſiquis ſciret particulare cum vniuerſale non decipit, ſeu ſi quis ſcit ꝙ nulla mula parit, ⁊ ſciuerit etiam hoc ꝙ mula ventre intumeſcit, is ſcivit, igitur ⁊ ſi hoc ſcivit. Forſitan ille agere tunc ex vniuerſalis incipiens ſuſpitione, cum viderit mulam habentem ventrem intumeſcentem inde ſuſpicabitur ꝙ ipſa pariat non operando ex vniuerſali ꝙ nulla mula parit, ſic ignorãs aliquã vniuerſale ſecundum quod non operatus eſt, tunc decipitur. Rurſus autem quia ſcivit mula parit. Non enĩ contraria eſt quę eſt ſecundum medium, quia deceptio facta eſt quando nõ concluditur contrarium.

¶ Non enim ſcit ꝙ a/ipſi c/non ſimul ſpeculans aſſumptum, quod ſecundum vtrũq;.

¶ Niſi ſimul conſideret ꝙ ſub vniuerſali ſit particulare, ⁊ ſic putet mulam parere.

¶ Quare planum ꝙ ⁊ ſi hoc quidẽ nouit, illud vero nõ nouit/decipietur, quod habẽt vniuerſales ad ſcientias/quę ſecundum partem, nullum enim ſenſibilium extra ſenſum exiſtens nouimus, neq; ſi ſentientes ſcimus/niſi vt vniuerſale ⁊ eo/quod eſt habere propriam ſcientiam, ſed non vt agere. Scire nãq; trifariã dicitur, vel vt vniuerſali, vel vt propria, vel vt agere, quare ⁊ decipi tot modis.

¶ Similiter rurſus ꝙ etiam iam dictum eſt, vniuerſale ſcivit, ſi ſcivit aliquis ꝙ omnis triangulus habet duos rectos, hoc autem neſcivit tãquã occultum ꝙ eſt triangulus. Nam nihil factum extra noſtrum ſenſum. Scimus aliquid ex neceſſitate de ipſo. Sed diligenter ſciuimus, tunc quando cum ipſo vniuerſali ſcientia eſt, ⁊ particularem ſciuimus, ſed non vt operemur ad ſuperiora dictũ eſt, quia ſuſpicans ꝙ ſcivit mulam parere, non ad agendum ex vniuerſali orationẽ ſcivit, quia qua agit ſcit ꝙ non parit operando ex vniuerſali. Nam ſcire tripliciter dicitur, vel vt vniuerſale, vel vt propria, vel vt agat. Hic diuiſionem ſcientię ⁊ deceptionis tradit, quia ſcire vel circa vniuerſale vel circa particulare, vel circa vtrũq; .i. circa agere. Nã operamur ab vniuerſalibus ad ſingularia procedendo, ſimiliter igitur decipimur, vel quia neſcimus vniuerſale, vel particulare, vel neutrum, id eſt nõ operari ab vniuerſali ad particulare procedendo. Nam ⁊ ob id ille putauit ꝙ mula parit, quia non egit ex ipſo naturali ꝙ nulla mula parit.

¶ Nihil igitur prohibet ⁊ noſſe ⁊ deceptum eſſe circa idem, pręterquã ꝙ non contrarię, quod accidit, ⁊ ſecundum vtrãq; cognoſcenti propoſitionem, ⁊ non conſideranti prius.

¶ Nihil prohibet vt per exempla oſtendimus ſcire ⁊ decipi, ſcire quidem vniuerſale, ⁊ decipi circa particulare, vel econtra ſi non operetur ex ipſis naturalibus, ⁊ quia nullum contrarium concludit, quia neſcit.

¶ Suſpicans enim mulam pręgnantẽ eſſe/ non habet ſcientiã ſecundum agere, neq; iterũ ob ſuſpitionẽ contrariã deceptionẽ ſciẽtię, ſyllogiſmus enĩ cõtraria deceptio vniuerſali.

¶ Deceptio inquit fit, quia ſcivit ille ꝙ mula parit, quia non potuit operari ab vniuerſali dicente, ꝙ nulla mula parit, quia igitur ſuſpicatus eſt mulam parere iã contrariam habet deceptionem. Nam contraria deceptio per ſyllogiſmum fit. At ille non fecit ſyllogiſmum.

¶ Qui vero ſuſpicatur bono eſſe malo eẽ, idẽ ſuſpicabitur bono eſſe ⁊ malo, ſit nãq; bono eſſe/in quo a, malo autem eſſe/in quo b. Rurſus vero/bono eſſe/in quo c. Quoniã igitur idẽ ſuſpicabitur b/⁊ c/⁊ eſſe c/b/ſuſpicabitur, ⁊ rurſus b/a/eſſe conſimiliter, quare ⁊ c/⁊ a.

¶ Quoddam alterum theorema tale tradit Philoſophus hic. Si quis inquit acciperet diffinitionem vniuerſalis, ⁊ putaret ipſam eſſe mali, ⁊ ſuſpicabitur ipſe idem eſſe bonum inuariabiliter cum malo ꝙ eſt verum. Sed Philoſophus ſic prauę accepit terminos, a bonum eſſe idem eſſe malo, dico, ſcilicet b, ⁊ eſſe mali idem cum eſſe boni, ⁊ nihil abſurdũ ſequitur, ob id igitur paulopoſt dicet, ſed hęc diligẽtius conſiderandum.

¶ Quemadmodũ enim ſi erat verũ/de quo c/b, ⁊ de quo b/a, ⁊ ſi de c/a, verum erat, ita ⁊ in ipſo ſuſpicari.

¶ Vt diximus in hac expoſitione theorematis, ſic etiã in ipſo opinari ⁊ ſuſpicare, ſi quis ſuſpicaretur quod c/ ſub ipſo b, eſt ⁊ ipſum b/ſub a/ſuſpicaretur ꝙ ⁊ c/ſub a/ eſt ex neceſſitate.

¶ Similiter autẽ ⁊ in ipſo eſſe, quãq; enĩ idẽ ſint c/⁊ b, ⁊ rurſus b/⁊ a/⁊ c/ipſi a/idẽ erat.

¶ Si a/ipſi b/ineſt, ⁊ b/c, igitur ⁊ a/c/inerit ex neceſſitate.

¶ Quare ⁊ in ipſo opinari conſimiliter, ergo hoc quidẽ neceſſariũ/ſi quis dabit primũ, ſed fortaſſe illud falſum/ſuſpicari quẽdã malo eſſe/bono eſſe/niſi ſecundum accidens.

¶ Nonne inquit, ſi quis dabit ꝙ boni eſſe eſt idem cum ipſo eſſe mali neceſſarium aliquid ⁊ verum concludi nõ contingit: ſed falſum eſt ſuſpicari idem eſſe boni cum ipſo eſſe mali, niſi ſecundum accidens, ceu ꝙ iuſtũ bonum eſt ⁊ malum ſecundum accidens quidem ſuſpicatur ꝙ ⁊ non quia

iniuſia afficit cum non habeat plus.

¶ Conſiderandum ſecundo hoc melius.

¶ Dixit, conſiderandum melius, vel quia dixit niſi ſm accidens aliquis putaret bonum eſſe malum ꝙ male poſuit terminos ipſius eſſe mali ſupra.

¶ DE CONVERSIONE.

Quando autem extrema conuertuntur, neceſſe eſt ⁊ medium conuerti ad vtraq; ſi eni; a/de c/per b/ineſt, ſi conuertitur ⁊ ipſum c/ineſt omni cui a/⁊ b/cū a/conuertitur, ⁊ ineſt b/omni cui a/per medium c, ⁊ c/cum b/conuertitur per medium a.

¶ Hic Phs vult dicere de conuerſionibus factis in prima figura, ⁊ affirmatiois ⁊ negatiois vniuerſalibus, ⁊ inquit, ꝙ ſi extremum cum extremo conuertitur, ⁊ ineſt a/omni c, ⁊ ipſum c/omni a/per b, neceſſe eſt etiam mediū terminum conuerti ad extrema, ⁊ maior extremitas ſic conuertetur a/omni c, ⁊ c/omni b, ⁊ a/omni b, ſic maior terminus, ⁊ minor ſic c/omni a, ⁊ a/omni c, ⁊ b/omni c, ſic etiam minor, ſi ergo extremum cum extremo cōuertitur, ⁊ medium cum extremis conuertetur.

¶ Et in non ineſſe conſimiliter, veluti ſi b/ipſi c/ineſt, a/ſecundo ipſi b/nō ineſt neq; a/ipſi c/erit.

¶ Similiter pro ſimili modo dixit de vniuerſali affirmatiuo, nunc dicit de negatiuo, ꝙ ſi eſt a/nulli b, ⁊ b/omni c, igitur a/nulli c. Sed quomodo conuertimus ſic, b/omni c/⁊ b/nulli a, igitur c/nulli a, ſic per ſecūdam figuram concluſionem conuertimus. Et maiorem ſic conuertimus, vt accipiamus ſm ſuppoſitionem minorem cōuertentem, ceu c/omni b, ⁊ c/nulli a. Nam hoc oſtenſu; eſt, igitur b/nulli a, ſic etiam maiorem propoſitionem, ⁊ minorem oſtendere ꝙ conuertitur non poſſumus. Nā duę propoſitiones negatiue ſunt, ſcilicet concluſionis, ⁊ maioris propōnis, ⁊ ex duabus negatiuis nihil oſtēdi poteſt.

¶ Si igitur a/conuertitur cum b, ⁊ c/conuertitur cum a.

¶ In vniuerſali negatiuo non amplius cōuertitur minor propoſitio, ſed hęc maior b/a, ſi ergo inquit, b/a/propoſitio, id eſt maior conuertitur, cōuertitur etiam c/a, id eſt concluſio. Tacuit autem a/c, quia non poteſt cōuerti affirmatiua, id eſt minor in ſecundo modo primę figurę ſi fuerint maior ⁊ concluſio negatiuę.


¶ Sit enim b/non inexiſtens ipſi a, neq; igitur c, nam b/inerat omni c. Et ſi c/conuertitur cū b, ⁊ b/conuertitur cum a, de quo eni; b/omni ⁊ c, ⁊ ſi c/ad a/conuertitur ⁊ b/conuertitur: nam cui b/c. Cui ſecundo a/c/non ineſt, ⁊ ſolum hoc a concluſione incipit, alia autem nō ſimiliter ⁊ ſm prędicatiuo ſyllogiſmo.

¶ Negatiuę propoſitiones eędem ſunt cum prędicatiuis, ceu ſit b/non ineſſe alicui a, id eſt b/nulli a. Si ergo b/nulli a/⁊ c/nulli a. Nam b/omni c, ⁊ ſi b/cum ipſo c/conuertitur etiam conuertetur a/b, ⁊ a/c. Nam b/omni c, ⁊ b/nulli a, igitur c/nulli a, ſic ſit concluſio, ⁊ maior propoſitio ſic c/omni b, ⁊ c/nulli a, ⁊ b/nulli a, ⁊ a/nulli b, ſic etiam maior conuertitur, ſed minor non poteſt conuerti, vt etiam de cathegorica diximus.

¶ DE COMMVTATA CONVERSIONE.

Rurſus ſi a/⁊ b/conuertuntur/⁊ c/⁊ d/conſimiliter, neceſſe autem a/vel c/omni ineſſe, ⁊ b/⁊ d/ſic ſe habebit, vt omni alterum inſit; quoniam cui a/b, ⁊ cui c/d, omni autem a/vel c/⁊ non ſimul, planum ꝙ ⁊ b/vel d/omni ⁊ non ſimul, vt ſi ingenitum incorruptibile ⁊ incorruptibile ingenitum, neceſſe quod ſit corruptibile ⁊ corruptibile factu; eſſe, duo eni; ſyllogiſmi ſiunt.

¶ Alterum theorema tradit Phs tale conuenientiſſimū. Si a/⁊ b/conuertuntur, ⁊ c/⁊ d/conuertuntur. Si ergo omni rei ſi a/⁊ b/ex neceſſitate etiam c/⁊ d, ⁊ debuit hoc exēplum afferre tāq; afferrat de eo ꝙ demonſtrandu; eſt. Nam ſit a/ingenitum, ⁊ b/incorruptibile, hęc conuertūtur, ⁊ ſic c/genitum ⁊ d/corruptibile, ⁊ hęc conuertuntur. Nam duo ſyllogiſmi componuntur quales hi, ingenitū incorruptibile eſt ⁊ incorruptibile ingenitum, ſimiliter ⁊ alij duo ſiunt.



¶ Rurſus ſi omni a/aut b/⁊ c/aut d,ſimul ſo non inſunt,ſi conuertuntur a/⁊ c,⁊ b/⁊ d/cõuertentur,ſi enim b/nõ ineſt,alicui cui d/planũ ꝙ a/ineſt,ſi ſo a/⁊ c. Conuertunt̃ enim, quare ſimul a/⁊ d,hoc autem impoſſibile.

¶ Alterum theorema dicit hic ꝙ ſi omni erat ingenitũ vel genitum,igitur ⁊ omni erat incorruptibile vel corruptibile,⁊ conuertitur incorruptibile cum ingenito,alioquin corruptibile ⁊ corruptibile ęquiualet genito ⁊ conuertitur cum eo,quare etiam ingenitum conuertetur cũ genito,ꝙ eſt abſurdum,ſic etiam de incorruptibili cum quo conuertitur ingenitum.Nam ſi non conuertit̃,genitum conuertetur,ſed corruptibile conuertitur cum genito, quare etiam cum incorruptibili conuertetur corruptibile,ꝙ eſt abſurdum,ſic fiunt duę coniugationes ſyllogiſmi ex prima conuerſione,ſcilicet ingeniti ⁊ incorruptibilis.Item fiunt alię duę ſimiliter ex conuerſione hac genitum ⁊ corruptibile,quare pulchre dixit ſuperius.Naȝ duo ſyllogiſmi fiunt ſm vnamquãq; harum conuerſionem.Sed ſciendum eſt ꝙ vnuſquiſq; ſyllogiſmus conuerſionis per impoſſibile oſtenditur.

¶ Quum ſo a/toti b/⁊ c/inſit ⁊ de nullo alio prędicetur,inſit autem ⁊ b/omni c/neceſſe eſt a/⁊ b/conuerti,quoniam enim a/de ſolis b/c/dicitur,prędicatur autem b/⁊ ipſum de ipſo ⁊ de c. Planum ꝙ de quibus a/⁊ b/dicetur omnibus pręterq̃ de ipſo a.

¶ Alterum theorema tradit valde admirandũ,⁊ eſt tale, ſi a/prędicaretur de b,⁊ c/etiaȝ b/de c/prędicaret̃.Sed ſcire oportet ꝙ etiam b/de a/prędicatur ⁊ conuertit̃ cuȝ eo.Naȝ quia a/prędicatur de b/⁊ c,⁊ ꝙ prędicatur de b, idem etiam de ſeipſo ⁊ c.Nam vnumquodq; ens idẽ de ſeipſo prędicatur.Nam homo eſt homo,⁊ equus equus eſt.Si ergo b/de ſeipſo,⁊ c/pdicatur,⁊ b/vt de ſeipſo eſt prędicatum omni c/inerit exiſtente a,vt ſit b/homo,⁊ c/animal,ſit homo eſt homo,⁊ homo animal eſt,igit̃ homo per hominem eſt animal,quare addito a/c/de his b/prędicatur,⁊ de addito rurſus c/a/prędicatur de b,quia ſic de ſeipſo prędicatur.Sit enim a/riſibile,⁊ b/homo,⁊ de ſeipſo ſic prędicatur homo eſt homo,⁊ homo cuȝ ſit riſibile eſt,igitur homo per hominem tãq̃ per medium riſibile eſt,ſic ⁊ per idem de ſeipſo prędicatur.Nã ſit cõuerſio ſine alio termino.

¶ Rurſus quando a/⁊ b/toti ineſt c. Conuertitur autem c/cum b/neceſſe a/omni b/ineſſe, quoniam enim a/omni c,c/ſo ipſi b/eo ꝙ cõuertitur,⁊ a/omni b/inerit.

¶ Aliud theorema tradit nobis Phs tale,quod ſi a/⁊ b/omni c/inſit,⁊ conuertitur c/cum b/per conuerſionem ſit prima figura.Nam priuſq̃ conuerteretur tertia figura eſt.Nam a/b/omni c,⁊ ſi c/omni b,⁊ ipſi c/omni a,igitur a/omni b/ex neceſſitate ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis,quare ⁊ hoc ſcire debemus ſi fuerint accepti termini conuertibiles in tertia figura vniuerſale affirmatiuum concludent ⁊ vniuerſale negatiuum.


¶ DE MVTVA OPPOSITORVM CONVERSIONE.

Quando autem duobus exiſtentib⁹/ vt a/eligibilius ſit q̃ b,quuȝ ſint oppoſita,⁊ d/q̃ c. Conſimiliter,ſi eligibiliora,a/c/q̃ b/d/a/eligibilius q̃ d. Similiter enim ſequẽdũ a/⁊ fugiendũ b,oppoſita nãq; ⁊ c/ipſi d,nam ⁊ hęc opponuntur.

¶ In his Phs certa ⁊ diuina ponit.Eſt autem theorema tale,ſi a/⁊ b/eligenda ſunt,⁊ habent oppoſita,a/quidem habet oppoſitum b/⁊ c/d,⁊ hęc ſunt fugienda,ſi autẽ eligibilium vnum magis eligibile eſt,igitur ⁊ fugiendorũ vnum magis erit fugiendum,vt in exemplo. Sit ſanitas ⁊ diuitię eligibilia,morbus ⁊ paupertas fugienda. Si quis ſanitati tãq̃ magis eligibilem quęreret,patet ꝙ etiaȝ ꝙ diuitiis contrarium aliquod quęrit,vt minus fugiendum vt paupertatem.Nam ſanum eſſe ⁊ pauperem eſſe conferunt magis q̃ ditari ⁊ morbo languere,quare homines eligent maius bonum,⁊ minus malum,quandoq; quidem maius malum ſit minus bonum.Nam ſanitas maius bonum.Nam ditari eſt de extrinſecis,ſed ſanũ eſſe eſt in nobis,igitur ⁊ plus aliquis eligeret propriuȝ ⁊ maius bonum q̃ extrinſecus ⁊ minus bonuȝ. Sed vtrũ ꝙ ſanitas eſt maius bonũ,ipſe nunc plane docebit.

¶ Si igitur a/ipſi d/ſimiliter eligendum,⁊ b/ipſi c/fugiendum,vtrũq; enim vtriq; ſimiliter fugiendum ſequendo,quare ⁊ ambo a/c/ipſis b/d quoniam autẽ magis non poſſunt ſimiliter,nãq; b/d,ſimiliter erant,ſi ſo d/q̃ a/eligibilius,⁊ b/q̃ c/minus fugiendum,nam minus minori opponitur,eligibilius autem maius bonum ⁊ minus maluȝ q̃ minus bonum ⁊ maius malum.⁊ totum ergo b/d/eligibilius q̃ a/c,ſȝ nũc non eſt,a/igitur eligibilius q̃ d/⁊ c,itaq; q̃ b/minus fugiendum.

¶ Quia igitur opponitur ſanitas morbo,⁊ diuitię paupertati.Si ergo ſunt eligenda quędam oppoſita eligendę ſunt ſanitas ⁊ paupertas magis,ſanitas inquã vt maius bonum,⁊ paupertas vt minus malum, ſed nam patet ꝙ ſanitas ſit maius bonum q̃ diuitię.Si ergo oſtendero ꝙ neq; ęquale,neq; minus relinquitur ꝙ maius, vt ſi ęquales erant diuitię ſanitati,⁊ ſimiliter bona hic patet.Similiter igitur fugienda etiam oppoſita, ſi autem ſimiliter fugienda oppoſita,ſimiliter habebunt a/c,⁊ b/d,ſi ſimiliter ſi habent,quia non appareret,vt b/d,ſimiliter ſi habeant,igitur neq; a/c,ſimiliter ſe habebunt,ni-





bilis in us ſanitas eſt eligendum q̄ diuitię. Si enim minus igitur magis morbus expetendus. Sed nullus ſane mentis eligit magnum malum, ⁊ minus bonū, ſed magis magnum bonum ⁊ minus malum. Si ergo morbus minus malum, ⁊ diuitię magnum bonum, hoc deberent homines eligere, ſed hoc nolūt, quare neq; ſimiliter eligenda eſt ſanitas, neq; minus eligenda q̄ diuitię, igitur relinquitur ipſam eſſe plus eligendam.

¶ Si ergo eligeret omnis amans ſm amorē a/ſic ſe habere vt gratificetur/⁊ non gratificari in quo c, aut gratificari in quo d/⁊ non talem eſſe, vt gratificetur in quo b/planum ꝙ a/talē eſſe eligibilius eſt, q̄ gratificari. Amari igitur coitu eligibilius ſm amorem, amor igitur magis eſt amicitię q̄ ipſius coitus, ꝙ ſi magis huius ⁊ finis hoc, coire igit̄ aut nō eſt penitus, aut eius/qđ eſt amari gratia.

¶ Philoſophus rem maximam hic tradit ex dicto theoremate ꝙ aduerſetur nunc ſcientię hominum. Nam homines putant ꝙ amor fiat ꝑ mixtionem, ipſe autē oſtē. dit ꝙ per ꝑelectionem amicitię ⁊ ſignum pręelectionis eſt coniunctio, accipit igitur de amicitia duas contradictiones, vel ꝙ poteſt, vel non poteſt, vel vult, vel non vult, amans ergo eliget angulares quę magis tendūt ad proprium amorem ex neceſſitate, ⁊ non diceret amans ꝙ libenter habet amatam poſſe ⁊ nolentem, ſed diceret potius volentem ⁊ non potentem. Cum ergo hęc duo ſint eligenda, velle amatam ⁊ poſſe, velle eligibilius accepit. Nam velle ⁊ non velle ſm pręelectionem eſt, ⁊ poſſe ⁊ non poſſe ſm actionem, igitur vt ad amantem magnum malum eſt amatam nolle ⁊ minus malum non poſſe, igitur ⁊ oppoſita ſimiliter ſe habebunt, ⁊ magnū malum nolle, ſic magnum bonum velle, ⁊ vt minus malum non poſſe, ſic minus bonum non poſſe. Si quis igitur amanti tradat accipere de angularib⁹ poſſibilē quā vult patet ꝙ illam accipiet angularem, hanc magnum bonum ⁊ minus malum tradentem, hoc autem eſt velle quidem ⁊ non poſſe, ⁊ velle attinet ad ſententiam ⁊ pręelectionem, igitur amans ex pręelectione amat, ⁊ nō ex mixtione. Sed ipſa mixtio eſt ſignum ꝙ amans eſt aſſecutus finem, cui animum adiecit.

¶ Itaq; ⁊ alij affectus ⁊ artes ſic.

¶ Si ergo vt oſtenſum eſt (inquit) amans amicitię eſt, igitur amans hunc finem ponit ipſius gratificari ⁊ amari. Nam conuenire ⁊ coire/vel non eſt amantis, vel ſi eſt fit gratia amicitię, ſic etiam ⁊ alij affectus fiunt.

¶ Quomodo igitur ſe habent termini ſm cō uerſiones/⁊ eo ꝙ magis fugiendi vel eligibiliores, ſint/manifeſtum.

¶ Quę ſint eligenda, quia magis bona, ⁊ quę fugienda quia magis mala.

¶ Quoniam autem non ſolum dialectici ⁊ demonſtratiui ſyllogiſmi per prędictas efficiuntur figuras, ſed ⁊ rhetorici ⁊ ſimpliciter quęcunq; fides, ⁊ ſm quācunq; methodum nunc vtiq; dicendum eſſet.

¶ Vult per hęc oſtendere ꝙ ⁊ rhetorici ſyllogiſmi ꝑ tres figuras oſtenduntur. Sunt autem rhetorici inductiones ⁊ exempla, ⁊ quicūq; alij quos habet dicere.

¶ Omnia enim credimus aut per ſyllogiſmū, aut ex inductione. Inductio igitur eſt, ⁊ ex inductione ſyllogiſmus, alterum extremum medio ratiocinari per alterum, veluti ſi ipſorum a/c/medium ſit b/per c/monſtrare a/inexiſtens ipſi b, ſic enim facimus inductiones.

¶ Quia credimus vel per ſyllogiſmū/vel per inductiones, quęratur quo differt ſyllogiſmus ab inductione, quia ſyllogiſmus per medium terminum coniungit extremū extremo. Et inductio per minorem coniungit medium cum extremo vt eſt a/b/c, per c/oſtendimus ꝙ a/b/ineſt.

¶ Vt ſit a/longeuum, in quo autem b/bilem non habens, in quo vero c/ſingulare longeuū, ſicut homo ⁊ equus ⁊ mulus, a/igitur ineſt toti c, omne enim c/longeuū, ſed ⁊ b/bilem non habens/ineſt omni c. Si igitur conuertitur c/cum b/⁊ non excedit medium, neceſſe eſt a/ineſſe ipſi b.

¶ Vult per exemplum indicare modū inducendi. Hic autem eſt, ſit a/longeuum, ⁊ b/cholerā non habens, ⁊ c, vt coruus ⁊ id genus, dicit igitur ꝙ coruus ⁊ hircus ſine cholera cum ſint longeua ſunt, igitur ⁊ id quod nō habet choleram longeuum eſt, ſic per vltimum terminum, medium copulamus extremo. Nā ſic dico ſingula non habent choleram longeua ſunt, igitur non habentia choleram longeua ſunt.

¶ Monſtratum nāq; fuit prius, ſi duo quędam eidem inſint, ⁊ ad alterum ipſorū cōuertatur extremum/ꝙ conuertenti ⁊ alterū prędicatorum inerit.

¶ Quod prius diximus de corruptibili genito ingenito ⁊ incorruptibili nunc tāq; ad aliquid oſtendendum fuiſſe dictum, inquit oſtenſum eſt prius, ſi duo quę eidem inſunt, ⁊ alterum conuertitur cum altero ⁊ aliud ſimiliter, vt etiam nunc in inductione abſq; bili prędicatur de coruo ⁊ longeuum, igitur etiā longeuū eſt abſq; bili.

¶ Oportet autem intelligere c/ex omnibus ſingularibus compoſitum, inductio enim ꝑ omnia.

¶ Debemus autem c/per hoc omnia ſingula diſcurrere. Nam inductio per omnia particularia oſtenditur.

¶ Eſt autem talis ſyllogiſmus primę ⁊ immediatę propoſitionis, quorum nāq; eſt me

dium per medium ſyllogiſmus, quorum ſuo non eſt/per inductionem.

¶ Quia inquit ſyllogiſmus per inductionem maiorem propoſitionem ratiocinari. Nam prima ⁊ imediata maior eſt, vt igitur hanc credamus de hac fidem faciamus per inductionem oſtendimus.

¶ Et quodammodo opponitur inductio ſyllogiſmo, hic enim per medium extremū tertio monſtrat, illa autem per tertium extremum medio.

¶ Nam ſyllogiſmus per medium extremū extremo copulat, ſed inductio per extremum oſtendit medio extremum ineſſe.

¶ Natura igitur prior ⁊ notior per medium ſyllogiſmus, nobis vero notior qui per inductionem.

¶ Secūdum naturam ſyllogiſmus prior ⁊ inductio ſecūda, quoad nos inductio notior ꝗ̄ ſyllogiſmus.

¶ DE EXEMPLO.

Sed exemplū eſt quando extremū medio ineriſtens monſtratum fuerit per ſimile/tertio, oportet autem medium tertio ⁊ primum ſimili notius eſſe ineriſtens, vt ſit a/malū, b/cōtra cōfines bellum inferre, in quo c/ Athenienſes contra Thebanos.

¶ Expleuit ſermonē de inductione, nūc dicit de exēplo, quid ſit quādo medio extremū ineē oſtēdītur per ſīle q̄ ſimile. Opꝫ autē ſimile notū eſſe extremo termino ⁊ extremus notus medio. Eſt igitur pmus terminus, malum eſt, medius a ꝯfinib⁹ tolli bellū. Extremus Athenienſes ⁊ Thebani, Hoc notū medij termini ꝙ hi ꝯfines, ⁊ ſīle. Sint Thebani ⁊ forte Phocenſes, B notū pmo termino malū. Nam praue Phocēſes ⁊ Thebani viciſſim altercātes affecti ſunt. Si g̊ volumus oſtēdere ꝙ ꝫ Athenienſes bellū malū eſt p exēplū ſic oſtēdimus Thebani ⁊ Phocenſes cū eſſent ꝯfines, ⁊ bellū gererēt praue affecti ſūt, igitur Athenienſes ⁊ Thebani cū ſint ꝯfines malū eſt viciſſim bellū inferre. Sciēdū aūt eſt ꝙ ad exēplū ⁊ ꝯnes, ſi bonum exēplū, bona ⁊ cōcluſio, ſi autem malum exemplum, vt etiam nunc ſyllogiſmus ad exemplum.

¶ In quo autem d/Thebanos cōtra Phocenſes. Si itaqꝫ velimus monſtrare ꝙ bellum gerere cum Thebanis eſt malum, accipiendum ꝙ contra confines bellum gerere eſt malum, huius autem fides ex ſimilibus, vt quoniam Thebanis/quod contra Phocenſes. Quia igitur malum eſt/quod contra confines, quod ſuo contra Thebanos cōtra confines eſt, planū ꝙ contra Thebanos bellum gerere malum, manifeſtum.

¶ Quia igitur malum eſt confinibus, hoc etiam Thebanis ⁊ Phocenſibus malum erat.

¶ Itaqꝫ ꝙ b/ipſi c, ⁊ ipſi d/ineſt, ambo enim ſunt/contra confines bellum inferre, ⁊ ꝙ a/ipſi d. Thebanis enim non contulit bellum contra Phocenſes, ꝙ autē a/ipſi b/ineſt per d/monſtrabitur. Eodē autē mō ſi per plura ſimilia fides fiat medij ad extremum.

¶ Diximus ꝙ debet exemplū notū eē priori ⁊ 2° termino. Extremus autē notus medio, vt ēt nūc fecimus. Exēplū erat bellū Thebanoꝝ ꝫ Phocēſes, ⁊ notū pmo termino, ꝙ hoc bellū malū eſt, ſed etiā 2° termino notū. Nam confines fuerant Thebani ⁊ Phocenſes, ⁊ extremus notus 2°. Naꝫ Athenienſes ⁊ Thebani confines, Sic per exempla ratiocinamur.

¶ Planum igitur ꝙ exemplum eſt, neqꝫ vt pars ad totum, neqꝫ vt totum ad partem, ſed vt pars ad partem, quando ambo ſub eodēꝫ ſint, notum ſuo alterum. Et differt ab inductione/quoniam hęc ex omnibus indiuiduis/extremum monſtrabat ineſſe medio/⁊ ad extremum non coaptabat ſyllogiſmum.

¶ Planū igitur ꝙ exemplū oſtēſum neqꝫ vt pars ad totū. i. inductio, neqꝫ vt totū ad partē. i. ſyll'ſ, ſed eſt p ad partem, quādo ambo ſub eodem extremo ſunt, ⁊ medio notū eſt ſi eſt. Differt aūt ab inductione, quod inductio ex oīb⁹ eſt medio maius extremū oſtēdens ineē, nō tn̄ extremū extremo, ſed exēplū ex quodā particulari ⁊ nō amplius ex omnibus, ⁊ quia non ſolū mediū terminū extremo copulat, ſed etiam extremum extremo.

¶ Illud aūt ⁊ coaptat ⁊ non ex oīb⁹ mōſtrat.

¶ Illud autem pro hoc exemplum copulat ⁊ medium ⁊ extremum extremo.

¶ DE ABDVCTIONE.

Abductio ſuo eſt/quum primū medio ineriſtens manifeſtum ſit, vltimo autem mediū/obſcurū qdeꝫ.

¶ Dixit de exemplo nunc dicit de abductione, ꝙ abductio eſt quādo maior terminus liquido inſit, ⁊ minor terminus occultus, dicta eſt autem abductio, quia nos abducit a concluſione in demonſtrationem occultē ⁊ non ſignificatę propoſitionis.

¶ Sed ſimiliter credibile, aut magis ꝗ̄ concluſio. Amplius ſi pauca ſint media vltimi ⁊ medij.

¶ Debet inquit, extremus terminus. i. minor propoſitio ſimilis eſſe concluſioni ſm̄ occultationem, porro etiā minus debet eſſe occulta propoſitio. Verum ipſe pro occulto accepit credibile, quia minus ſit propoſitio occulta ſi per vnum medium appareret. Nam ſic accidit propoſitionem eſſe occultam fieri prope ſcientiam, ideſt ſit prope vt copuletur.

¶ Omnino enim propinquius ſcientię accidit eſſe, vt ſit a/docibile, in quo b/ſcientia c/iuſtitia, ꝙ igitur ſcientia docibilis/planū, ſi autem virtus ſcientia obſcurum, ſi igitur b/c, ſimiliter aut magis credibile ꝗ̄ a/c/ abductio eſt, eſt enīꝫ primius ipſi ſcire/eo ꝙ aſſumpſimus a/c/ſcientiā prius non habentes.

¶ Fit proxima ſcientię pro hoc ꝓpoſitio cognitioni plana euidenſqꝫ ſit. Deinde vt in exemplo accipit docibile, ſcientiam, virtutem, igitur plana eſt maior propoſitio, quia

quia ſcientia docibilis eſt, ⁊ occulta minoꝛ, ſi virtus ſciẽtia eſt, debet igitur his ſimiliter minoꝛ imanifeſta eẽ cõcluſionis. Nã ſimiliter imanifeſta eſt ſi virtus docibilis ſit. Nam ſic pꝛoxime ad cognitionem accedimus b/c, ⁊ a/c, ⁊ b/c/eſt minoꝛ pꝛopoſitio, ⁊ a/c/concluſio.

¶ Aut rurſus ſi pauca ſint media ipſoꝛum b/c, nãq; ⁊ ſic pꝛoximius ipſi cognoſcere/veluti ſi d/eſſet quadrari, in quo autem e/rectilineum, in quo ſ͛o z/circulus, ſi ipſius e/z/vnũ ſolum eſſe medium hoc/quod eſt cum lunulis ęqualem fieri circulũ rectilineo, eſſe poſſet pꝛope ipſuz cognoſcere.

¶ Non ſolum ſi ſimiľe ſi habet minoꝛ pꝛopoſitio cũ cõcluſione ſm occultũ abductio eſt, ſed ⁊ ſi minoꝛ pꝛopoſitio ⁊ occulta oſtenditur per vnuz mediũ, vel duo, ceu quęſiuerũt quidam ſi poſſumus circulum quadrare ⁊ nõ potuerunt. Accepimus autem ſic quadrare pꝛimum terminum, ⁊ rectilineum 2^m, ⁊ circuluz tertium, quod ſ͛o rectilineum quadretur patet, ſed occultuz eſt ſi circulus fieri rectilineus poſſit ꝙ eſt minoꝛ pꝛopoſitio, ⁊ hoc conati ſunt oſtendere per lunares figuras ⁊ lunulas, quia igiť per vnum nituntur oſtendere abductio eſt.

¶ Quum ſ͛o b/c, neq; credibilius ſit ꝙ̃ a/c, neq; pauca media, non dico abductionem, neq; quando b/c/ſit immediatum, tale enim ſcientia eſt.

¶ Si aũt minoꝛ pꝛopoſitio occulta fuerit, nec ſciant num ipſa ſit minus/vel ęqualr̃ occulta ꝙ̃ concluſio, ⁊ ſi non pauca media per quę oſtendunt minoꝛez pꝛopoſitionẽ, tale non dicimus abductionem, ſed dilationem tãꝙ̃ differentiã concluſionem oſtendimus pꝛopoſitionee, neq; quando imediatum b/c. Nam tale ſciẽtia eſt, inquit ꝙ ſi fuerit immediata vltima pꝛopoſitio ſcientia eſt tale ⁊ nõ amplius abductio eſt.

¶ DE INSTANTIA.

CEterum inſtantia eſt pꝛopoſitio ꝓpoſitioni contraria, differt autem a pꝛopoſitione quoniam inſtantiam contingit eſſe in parte pꝛopoſitionẽ ſ͛o/aut omnino non contingit/aut nõ in vniuerſalibus ſyllogiſmis.

¶ Cum expleuerit ſermonem de abductione/nunc dicit de inſtantia. Et inſtantia eſt pꝛopoſitio contraria ꝓpoſitioni pꝛopoſite, ſed differt a pꝛopoſitione, quia inſtãtia vel contrarium vniuerſale introducit/vel particulare, ſꝫ pꝛopoſitio cum ſit vľis non poteſt eſſe particularis, eſt autem particularis non quando vľem concludit, ſed qñ particularem. Ceterum inſtantia eſt pꝛopoſitio pꝛopoſitioni contraria. Differt autẽ inſtantia a cõfutatione, qꝛ inſtantia eſt ꝓpoſitionis, ſed cõfutatio ꝯcluſionis.

¶ Fertur autez inſtantia bifariaz ⁊ per duas figuras, bifariaz quidez quoniaz/aut vniuerſaliter/aut in parte omnis inſtantia ex duab⁹ ſ͛o figuris, quoniaz oppoſite feruntur ꝓpoſitioni, oppoſita autez in pꝛima ⁊ tertia figura concluduntur ſolis, quando enim cenſeat omni ineſſe inſtamus ꝙ nulli/aut ꝙ alicui nõ ineſt. Hoꝛuz autez nulli quidem ex pꝛima figura, alicui ſ͛o non ex vltima.

¶ Inſtantia duplex/vel vniuerſalis/vel particularis, oſtẽditur autem per duas figuras pꝛimaz ⁊ tertiam. Deinde inſtantia eſt oppoſitio ⁊ oppoſita oſtenduntur in pꝛima ⁊ tertia figura. Si ergo aliquis dicet ꝙ hoc omni huic, ſi ergo nulli volumus inſtare per pꝛimam figuraz. Si autẽ non omni per tertiam, ſi autem dicit non omni ⁊ inſtare volumus. Si quidem omni per pꝛimam figuram. Si aũt alicui per tertiam. Illud autem (alicui non) ex vltima figura, illud autem alicui non, ꝓ pꝛiculari negatiua dicit.

¶ Ut ſit a/vnaz eſſe ſcientiaz in quo b/contraria. Quuz igitur pꝛoponit vnaz eſſe contrarioꝛum ſcientiam/inſtat aut ꝙ omnino.

¶ Exempli gratia dicta tradit, ſit maioꝛ vnam eſſe ſcientiam, ⁊ mediuz oppoſita, ⁊ contraria vltimus terminus, ſi quis dicit contrarioꝛum vnam eſſe ſcientiaz, ⁊ aliquis inſtiterit dicendo ꝙ contrarioꝛum vna non eſt ſciẽtia, ⁊ hoc in pꝛima figura. Si autez particulare voluerit obijcere, accipiet particularia contraria, ſoꝛte cognoſcibile ⁊ ignotum ſic contraria ſunt notum ⁊ ignotum, ⁊ hoꝛum vna non eſt ſcientia, igitur non omnium contrarioꝛum vna eſt ſcientia ⁊ fit tertia figura.

¶ Non eadem oppoſitoꝛum.

¶ Pro non eadem eſt ſcientia oppoſitoꝛum, vel qꝛ vniuerſalr̃ eadem oppoſitoꝛum obijcitur.

¶ Contraria autem oppoſita quare ſit pꝛima figura, aut quoniam noti ⁊ ignoti/non vna, hęc ſ͛o tertia de c, nãq; noto ⁊ ignoto, cõtraria quidem eſſe/verum, vnam autem ipſoꝛuz ſcientiam eſſe, falſum.

¶ Accipit terminos hos tres vnam ſcientiam, maioꝛem terminum, oppoſita, medium terminum contraria minoꝛem terminum, ſi igitur ipſe dicit, ꝙ contrarioꝛũ vna eſt ſcientia, ⁊ volens inſtare ſic dices contraria oppoſita, ⁊ oppoſita non habent vnam ſcientiaz, igitur contrarioꝛum non eſt vna ſcientia, ⁊ fit pꝛima figura. Si autez volueris inſtare particulariter, accipies particularia cõtraria notum ⁊ ignotum, vt ꝙ hęc ſunt contraria ⁊ oppoſita, ⁊ noti ⁊ ignoti non eſt vna ſcientia, igitur non oĩum contrarioꝛum eſt vna ſcientia ⁊ fit tertia figura. Naz de noto ⁊ ignoto verum eſt ꝙ ſint contraria, ſed ipſoꝛũ eſſentiam ſcientiam falſum eſt, igitur verum eſt ipſoꝛum non eſſe vnam ſcientiam.

¶ Rurſus in pꝛiuatiua pꝛopoſitione conſimiliter, quuz enim cenſet non eſſe vnam contrarioꝛum, aut ꝙ omniũ oppoſitoꝛuz aut ꝙ aliquoꝛuz contrarioꝛuz eadez dicimus, vt ſanabilis ⁊ ęgrotabilis. omniuz igitur ex pꝛima, aliquoꝛuz ſ͛o ex tertia figura.

¶ Si autem ille dicit ꝙ non eſt eadem ſcientia contrarioꝛum inſtamus ſic contraria oppoſita ⁊ oppoſitoꝛuz vna eſt ſcientia, igitur contrarioꝛum vna eſt ſcientia. Si autẽ particulariter ſic moꝛbus ⁊ ſanitas contraria, ⁊ moꝛbi ⁊ ſanitatis vna eſt ſcientia, igitur contrarioꝛum vna eſt ſcientia, ſic eſt vniuerſale per pꝛimam, ⁊ particulare ꝑ tertiam. Naz ſimpliciter in omnibus vniuerſalibus vniuerſale enunciatum inſtans afferunt, ꝙ ſi vniuerſalr̃ volueris inſtare contrarium pꝛopoſitio. vt dicas, idem autẽ ꝙ

dicio, vt ſit vl'is extremo, ⁊ ſic ens medium factuʒ, fit prima figura, ſi autem particulare aliquod obÿcere volumus, inuentus ſit vltimus terminus, ⁊ ſic fit 3ª figura.

¶ Simpliciter eniʒ in omnibus, quuʒ vniuerſaliter quideʒ inſtant ad vniuerſale contradictioneʒ dicere coruʒ/que proponuntur, velutí ſi non exiſtimet eandeʒ contrariorum/omniuʒ dicentem oppoſitoruʒ vnaʒ, ſic autē neceſſe primaʒ eſſe figuraʒ, mediuʒ enim fit qḋ vniuerſale ad id/quod ex principio. In parte vo ad quod eſt vniuerſale/ de quo dicitur propoſitio.

¶ Si vniuerſale obÿcere nolumus vniuerſaliꝰ debet eē id qḋ obÿcitur a nobis, vt fiat prima figura. Si autē particulariter iſtamus debemus particulare dicere, vt fiat tertia figura, ceu ſi vniuerſale erat contrariorum accipiamus oppoſita quod nomen eſt vniuerſaliꝰ contrario, ⁊ fit medius terminus ipſa oppoſita, ſi autem particulariter accipiamus notū ⁊ ignotū, ⁊ fit tertia figura.

¶ Ut noti ⁊ ignoti non eandeʒ, contraria enī vniuerſaliter ad hec, ⁊ fit tertia figura, mediū eniʒ quod in parte accipitur.

¶ Nam id notum ⁊ ignotum inueniuntur contrairia vniuerſaliora, ⁊ ſic fit 3ª figura acceptis noto ⁊ ignoto.

¶ Ut notum ⁊ ignotuʒ, ex quibus eniʒ eſt ratiocinari contrariuʒ, ex his ⁊ inſtantias conamur dicere, quare ⁊ ex ſolis his figuris ferimus, In ſolis eniʒ oppoſiti ſyllogiſmi, ꝑ medias eniʒ non erat affirmatiue. Amplius ⁊ ſi pluris indigeat orationis que per mediaʒ figuraʒ, velutí ſi non det a/ineſſe b/eo ꝙ c/non ſequitur ipſuʒ. Hoc eniʒ per alias propoſitiones planuʒ. Non oportet auteʒ inſtantiaʒ ad alia euerti, ſed ſtatiʒ manifeſtam habere alteraʒ propoſitioneʒ, vnde ⁊ ſignuʒ ex ſola hac figura non eſt. Conſiderandus autem ⁊ de alÿs inſtantÿs, vt de hÿs/que ſunt ex cōtrario/ ⁊ ſimili ⁊ eo/quod ſm opinionem.

¶ Ex hoc merito inducit ꝙ merito in prima ⁊ tertia figura ſit, nam ſi inſtantia contrarium vult concludere, ⁊ contraria per has figuras oſtendūtur, igitur in his fiunt inſtātie, nam per mediū ſi dixerit ille negatiuam concluſionē, ⁊ volumus inſtare affirmatiuum non poſſumus cōcludere. Huius gratia non poſſumus inſtare in ſecūda figura, non ſolum aūt, ſed etiam pleriſꝙ alÿs orationibus opus eſt ſi per ſecundam figuram inſtabimus, nam opus eſt cōuerſione, vt oſtendatur queſitum. Hoc dixit plures indiget orationis, deinde ex conuerſione ſyllogiſmum facit, ⁊ tunc inſtatur ꝙ ob breuitatem facimus in prima ⁊ tertia vbi nobis non eſt opus vt permultā materiaʒ ſerpamus, ꝙ dixit ꝙ vl'is in prima ⁊ particularis in tertia concluditur, conſiderandus eſt (inquit) ſi poteſt etiam particulare in prima, nam vniuerſale in prima non poteſt.

¶ Et ſi eam que eſt in parte ex prima, aut priuatiuaʒ ex media poſſibile capere.

¶ Conſiderandum aūt eſt etiam de alÿs inſtantÿs. Equidem inſtantie vel ex contrario, vt ꝙ omne gaudium bonum, dico ꝙ eſt falſum, neꝙ omnis meſtitia eſt maluʒ, ſic ex contrario vel ex ſimili, vt in his que ſm proportionē, quia quam rationem habet punctum ad lineam, eandem rationem habet linea ad ſuperficiem. Ex hoc igitur ſimili ſic ꝙ linea eſt ſuperficiei pars, dico ꝙ falſum. Neꝙ eniʒ punctū linee pars. Vel ſm opinionē, vt ꝙ anima mortalis, dicimus ꝙ falſum, naʒ antiqui Phi opinati ſunt ipſaʒ eſſe immortalem.

¶ DE VERISIMILI.

Veriſimile vo ⁊ ſignum non eſt idē, ſed veriſimile quidem eſt propoſitio probabilis, quod eniʒ cognoſcūt vt in pluribus ita fieri aut non fieri/ eſſe aut nō eſſe, hoc eſt veriſimile, vt odire inuidētes, aut beneuolentia proſequi amatos.

¶ Quia rhetores ⁊ per enthymema oſtēdunt, ⁊ enthymema per veriſimile ⁊ ſignuʒ, huius gratia aſſumit diſſerere de veriſimili ⁊ ſigno. Et ſtatiʒ dicit differentiā, vt per differentiā vnūquodꝙ cognoſcamus, ꝙ veriſimile eſt ꝓpoſitio opinabilis, quare vnam ꝓpoſitionē accipiunt qui ex veriſimile oſtēdūt. Illud aūt veriſimile vocant, ꝙ vt plerūꝙ vel eſt vel non eſt, vt plerūꝙ inuiſi inuidentes odio habent, vel plerūꝙ amant amantes amatos. Fertur autē quedam hiſtoria talis ꝙ aliquis amans amatam interfecit. Item ſignū diuidit in cōiecturam ⁊ equiuocum ſignū, Sed equiuocū ſignuʒ idem eſt cum veriſimile, ⁊ coniectura tota fit in prima figura, ⁊ ſi verum eſt inſolubile fit, vt odio habere inuidente, vel amare amatos.

¶ Signum aūt vult eſſe ꝓpoſitio demonſtratiua aut neceſſaria/aut probabilis, quo eniʒ exiſtēte eſt, aut quo facto prius aut poſterius facta eſt res/ſignum eſt, ꝙ factum fuerit aut ſit.

¶ Et qui oſtendunt ex ſigno per vnam propoſitionē oſtēdunt, nam ꝓpoſitio demōſtratiua eſt ſignum vel neceſſaria per coniecturā vel opinabilis per veriſimile, nā ſignū indito diuiſum eſt in veriſimile ⁊ coniecturam, ⁊ ſignum trifariam intelligimus, nam eſt rei exiſtentis vt ſimul res ⁊ ſignum, vt fumus ſi eſt, ignis eſt, vel cum re ſignum, vt cinis ſignificat ꝙ ꝑus extiterit ignis, vel poſterius fit res. Sed primum ſignuʒ, ceu illam habere lac poſt duos dies ſi paritura ſit, vel opinabilis, nam quo exiſtente vel non facto prius eſt, vel poſterius res ſit, ſed locuʒ hiperbaton intelligimus, vel quo facto prius, patet ꝙ rei eſt ſignum ꝙ fuerit.

¶ DE ENTHYMEMATE.

Enthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus ex veriſimilibus aut ſignis. Accipit autem ſignū trifariaʒ quot modis ⁊ mediū in figuris, aut enim vt in prima, aut vt in media, aut vt in tertia, velutí monſtrare pregnantem eo ꝙ lac habet, mediū enim lac habere, in quo a/pregnantem eſſe b/lac habere, mulier in quo c. Or autē ſapientes ſtudioſi/ Pittacus enim ſtudioſus/ per vltimam.

¶ Enthymema etiam per primam figuram, vt ſciuit ꝙ lac habet, ⁊ quecūꝙ habet lac parit, ſciuit igitur ꝙ parit, hec fit prima figura accipientes medium ꝙ lac hʒ. Sed in tertia figura oſtenditur ꝑ ſignuʒ ſic, Pittacus ſtudioſus, Pittacus

tacus ſapiens, igitur ſapientes ſtudioſi, ⁊ patet, exēpli gratia id qđ dictum eſt. Item ſm veritatez in prima figura ex duabus affirmatiuis vl'e concludimus non tñ in tertia.

¶ In quo a/ſtudioſum in quo b. Sapientes; in quo c/Pittacus. Verum igitur ⁊ a/⁊ b/de c/prędicare.

¶ Vt Philoſophi oſtendunt per ſyllogiſmum vel per inductionem, ſic etiam rethores per ſignum, vel exemplū, vel per enthymema, ⁊ eandē habet proportionem enthymema ad ſyllogiſmum, quā hʒ exemplū ad inductionē.

¶ Pręterq̄ ꝙ hoc quidem non dicunt ꝓpter cognoſcere, illud autem accipiunt.

¶ Non dicunt conceſſum Pittacus ſapiens.

¶ Pręgnantem vo eſſe, quoniam pallida/per mediam figuram vult eſſe, quoniam enim ſequitur pallidum pręgnantes, ſequitur autem ⁊ hanc/monſtratum fuiſſe putant/ꝙ eſt pręgnans. Pallidum in quo a/pręgnantem eſſe, in quo b/mulier in quo c.

¶ Per ſecūdam figurā illud per ſignum oſtenditur, ſic mulier pręgnans eſt pallida, ⁊ pallida ſcitur eſſe, ergo p̄gnās. Et dicitur gratia exempli, qꝛ ſm veritatem in ſecūda figura aſſyllogiſtica fit coniugatio ex duabus affirmatiuis, ⁊ ob id dixit, ⁊ hanc extremam figuram.

¶ Si igitur vna dicta fuerit propoſitio/ſignuʒ fit ſolū, ſi autē ⁊ altera aſſumpta fuerit/ſyll'ſ, vt quoniaʒ Pittacus liberalis, nam honoris cupidi liberales. Pittacus vo honoris cupidus. Aut rurſus ꝙ ſapientes boni. Pittacus enim bonus, ſed ⁊ ſapiens.

¶ Si vnam acceperint ꝓpoſitionem ſignum fit, ſi autem ⁊ aliam ſyllogiſmus. Exemplum autē huius adducit ꝙ ſyllogiſmus eſt, ſi etiam aliam acceperis propoſitionem.

¶ Sic igitur fiunt ſyllogiſmi, pręterq̄ ꝙ qui per primam figuram inſolubilis/ſi verus ſit, vl'is enim eſt, qui vo per vltimā/ſolubilis/⁊ ſi vera ſit cōcluſio/eo ꝙ non eſt vl'is, neq3 ad reʒ ſyllogiſmus, non eniʒ ſi Pittacus ſtudioſus, ꝓpter hoc ⁊ alios neceſſe ſapientes. Qui vo p mediā figurā, ſemper ⁊ omnino ſolubilis.

¶ Non reprobatur oſtendens per primam figuram, ſed inſolubilis manet, nam coniectura fit ſignum ſi fuerit verum, ſed per vltimam reprobatur, ſed cur? qꝛ ipſa non ratiocinat vniuerſale. Sed ſolubilis eſt ſi particulare ratiocinatur, ſed per aliquid mediū reprobatur, naʒ ex duabus affirmatiuis nunq̄ in ſecunda perſpiceretur ſyllogiſmus coniugationis ſyllogiſticę.

¶ Nunq̄ eniʒ fit ſyll'ſ ita ſe habentibus terminis, non enim ſi pręgnans pallida, pallida autē ⁊ hęc/neceſſe pręgnantem eſſe hanc.

¶ Nunq̄ fit ſyllogiſmus propoſitionibus exiſtētibus affirmatiuis in ſcđa figura. Neq3 enim ſi pariens pręgnās ſue eſt pallida, iam ⁊ ipſa parit ex neceſſitate.

¶ Verum igitur in omnibus erit ſignis, differentias autem habent quę dictę ſunt. Aut igitur ſic diuidendum ſignum.

¶ Vt diximus in omnibus figuris oſtēditur per ſignum oſtenſio. Habēt autē vt dictum eſt ꝙ in prima vera oſtēſio inſolubilis ſyllogiſmus eſt, ⁊ in ſecūda ſemper aſſyllogiſtica, in tertia aliquando qñ fuerint particularis.

¶ Horum vo medium veſtigium ſumenduʒ. Veſtigium nāq3 qđ ſcire facit aiunt eſſe.

¶ Diuiſionem ſigni facit ꝙ ſignum diuiditur in veſtigiū coniecturāue, ⁊ ęquiuocum ſignuʒ. Aiunt autem illā eſſe coniecturam ꝙ ſignificat illud ꝙ ſcire facit.

¶ Tale autē maxime qđ mediuʒ. Aut q̄ ex extremis ſignū dicendū, quę vo ex medio veſtigium. Probabiliſſimum nāq3 ⁊ maxime verum/quod per primam figuram.

¶ Medium nunc dicit primam figuram, quia medius terminus hic directe ponitur, qđ vni ſubijcit̄ ⁊ de altero pręcicatur. Illud vo ex extremis. Extrema dicit ſecūdā ⁊ tertiam figuram, qꝛ habēt medium terminū, vel vbiq3 prędicatum, vel vbiq3 ſubiectū ꝙ debemus dicere ſignum. Illa autem ex medio proprium dixit figura coniecturam.

¶ DE COGNOSCENDA NATVRA.

Naturā vo cognoſcere poſſibile eſt, ſi qs det ſimul mutari corpus ⁊ animam, quęcūq3 naturales paſſiones ſunt, qui enim fortaſſe muſicam didicit, mutauit animam in aliquo, verum paſſio hęc non eſt ex ijs, quę natura nobis inſunt, ſed quēadmodū irę ⁊ deſideria ex naturalibꝰ motibus. Si igitur ⁊ hoc datum fuerit ⁊ vnum vnius ſignū eſſe, ⁊ poſſimus accipere ꝓpriaʒ vniuſcuiuſq3 generis paſſionem ⁊ ſignuʒ, poterimus naturā cognoſcere. Si enim ſeorſuʒ eſt alicui generi indiuiduo inexiſtens paſſio, vt leonibus fortitudo/neceſſe ⁊ ſignuʒ eſſe aliquod. Simul nāq3 inuicē pati ſuppoſitū eſt, ⁊ ſit hoc/magnas extremitates habere, qđ ⁊ alijs ineſſe generibus non totis contingit.

¶ Quia dixit hoc ꝙ omnis demonſtrans per vnam triuʒ figurarū oſtendit, hoc vult oſtēdere ꝙ etiaʒ ſtudioſi naturę per vnam trium figurarū oſtendant, ſimul etiam mutari volunt corpora ⁊ animā ⁊ quęcunq3 ſunt eoꝝ affectiones, ſi quid daret nobis ꝙ ſimul anima a corpore mutatur in affectionibus naturalibus, cū aliquis diſcēdo muſicam ſuimet animam mutat, ſed muſica non eſt affectio naturalis, ſed vt irę ⁊ appetitus. Si ergo aliquis daret nobis quod vna tranſmutatur anima cum corpore, ⁊ poterimus accipere propriam vniuſcuiuſq3 formam poſſumus naturam cognoſcere, vt in leonibus ineſt fortitudo. Habet igitur ſignum, ſed quale hoc, ſit magnas habere extremitates. Si ergo videmus ꝙ aliquis hʒ magnas extremitates, eſt fortis igitur, quia etiam leo habens magnas extremitates eſt fortis. Illud naturaʒ cognoſcimus vniuſcuiuſq3 generis. Genus nunc vocauit abuſiue ſpeciem.

¶ Signum enim ita proprium eſt, quoniaʒ totius generis ꝓpria eſt paſſio, ⁊ non ſolū propria, quēadmoduʒ cōſueuimus dicere. Inerit igitur ⁊ in alio genere hoc, ⁊ homo erit for-

tis, ⁊ aliud aliqđ animal, habebit igitur ſignū. Unum enim vnius erat, ſi igitur hęc ſunt, ⁊ poterimus talia ſigna colligere in his animalibus, quę ſolum vnam aliquam paſſionem habent propriam, vnaqueq; autem habet ſignum, quoniam neceſſe vnum habere. Poterimus naturam cognoſcere.

¶ Nam peculiare ſignum ꝙ leonibus ineſt, ſit tale, quatenus proprium dicimus omni ſpeciei ineſt, non ſoli autē.

¶ Q: ſi duo habet propria totum genus, vt leo forte ⁊ cōmunicatiuum, quomodo cognoſcemus vtrum vtrius ſignū, ſeorſum conſequentium ſignorum.

¶ Si autem idē habet duo ſigna, ⁊ non ſciuimus quale ſignum, qualis eſt paſſio conſiderabimus eadē ſigna ⁊ in alia ſpecie, vt ſit vnūquodq; ſignum in alio ⁊ alio genere inuenimus ꝙ hoc ſignū huius paſſionis eſt, vt in leone. Si ineſt forte ⁊ cōmunicatiuum, quomodo cognoſcemus quid horum ſignum erat, nullo pacto habemus cognoſcere, vel hic ſolum alicui aliq. Si autē aliq vtraq; non inſunt ſigna, ſed vnum ſolum, ⁊ ſi vnum eidem ineſt ſolum cognitum ſignum (leo fortis.) Ex natura hʒ leo cōicatiuū ⁊ liberale, ⁊ non parat vt theſaurum ſibi nutrimenta.

¶ An ſi alicui non toti ambo: ⁊ in quibus non totis vtrūq;, quando hoc quidē habeat, illud vero non. Si enim fortis quidem, liberalis vero non, habet autem ex duobus hoc, planū q̄ ⁊ in leone hoc ſignum fortitudinis.

¶ Nullo pacto habemus oſtendere vel ſic ſi aliq alicui nō omni ſpeciei inſit, ⁊ non ambo, vt in leone.

¶ Eſt itaq; naturam cognoſcere in prima figura medium conuerti cum primo extremo, ſupergredi vero tertium ⁊ non conuerti, vt fortitudo a, extremitates magne in quo b, c autem leo, cui igitur c, b, omni, ſed ⁊ alijs, cui vero b, ⁊ a, omni ⁊ non pluribus, ſed conuertitur. Q: ſi non, non erit vnum vnius ſignum.

¶ Omnes naturę ſtudioſi oſtendentes per primam figuram oſtendūt. Sit igitur medius terminus in oſtendēdis ſic, ęqualiter maiori extremo, maior rurſus medius minori vt non cōuertatur, vt fortitudo maior terminus, extremitates magne medius, ⁊ ęqualiter maiori vltimus terminus leo ⁊ particularior medio termino cui b, omni ipſiuſ c, ideſt b, omni c, ſed etiā alijs ipſum b, ſcilicet habere magnas extremitates, cui autē ſm primum omni, ideſt a, omni b, ⁊ non amplius a, de ſecundo vt ſecundum, de tertio ſed ęqualia ⁊ conuertuntur.

¶ Explicit cōmentariuʒ Ioānis Grāmatici cognomento Philoponi in Priora Ariſtotelis reſolutoria, conuerſa e greco nuper in Latinuʒ a Guilelmo Dorotheo Veneto.

Series Chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P.

✠ Vnica
P Duplex
Cetere vero Terne.

136 | 11

IN TENEBRIS FVLG